# ANIMADVERSIONVM

AD

*IAC. VELLERI*

# GRAMMATICAM GRAECAM

SPECIMEN PRIMVM

AVCTORE

*IOH. FRIDER. FISCHERO*

B. 6.



*LIPSIAE*

SVMTV CASP. FRITSCHII

A. C. CIƆIƆCCLXXXXVIII

BIBLIOTEKA

6005

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA W TORUNIU

93711

# IOH. BOHEMI

AA. M. POETAE LAVREATI ET SCHOLAE DRESDENSIS AD AEDEM S. CRVCIS RECTORIS

# EPIGRAMMA

## IN IAC. VELLERVM

*Religionis apex erat, inſigniſque precator,*
*Atque inopum clemens altor, aſylon, erat.*
*Curabat Muſas, linguaſque fouebat, et artes,*
*Et Sophien: Sophies hinc et in aede quies.*
*In factis eius candor; facundia grata:*
*Illuſtres dotes mentis, et ingenii.*
*O Pietas! o Euepie! Doctrinaque paucis*
*Conceſſa! in cineres itis, et in nihilum.*
*Vellerus iacet hic, virtutum gemma, rubinus*
*Theiſophiae, Euſebiae, Panſophiaeque, adamas.*
*Vellerus iacet hic: Vellerus, praeco ſalutis,*
*Atque aulae lumen, Saxonis, omnium, amor.*

VIRO

MAXIME REVERENDO

# ERDMANO RVDOLPHO FISCHERO

SERENIS. PRINCIPIS SAXO COB. ET SALF. A CONFESSIONE AD AEDEM S. MAVRITII COBVRGI PRIMARIAM SACRIS FACIVNDIS ARCHIDIACONO COLLEGIIQVE ECCLESIASTICI VRBICI SENIORI

PARENTI OPTIMO

VIRO

PLVRIMVM REVERENDO

GEORGIO FRIDERICO
GERNHARDIO

AD AEDEM S. MAVRITII COBVRGI PRI
MARIAM SACRIS FACIVNDIS DIACONO
ITEMQVE AD AEDEM S. CRVCIS ECCLE
SIASTAE

AFFINI LONGE CARISSIMO

VIRO CLARISSIMO

IOHANNI HENRICO GVRTLERO

SCHOLAE QVAE COBVRGI SENATVS LIBERALITATE FLORET MAGISTRO COLLEGIIQVE SCHOLASTICI SENIORI

FAVTORI IN PRIMIS COLENDO

TENVE HOC ATQVE MINVTVM

OPVSCVLVM

D. D. D

*IOH. FRIDER. FISCHERVS*

Q. B. V

Etſi, cum ante expugnatam a Turcis Conſtantinopolin, tum poſt ea etiam tempora, non paucos in ciuitatibus humanis propemodum omnibus repertos eſſe conſtat, qui animum ad praecepta linguae Graecae literis tradenda appellerent [1]: tamen neminis hoc in genere opera tam multa doctiſſimorum hominum puncta tuliſſe,

1. Exponere de grammaticis Graecis, et veteribus, et recentioribus, eorumque ſcriptis, poſt Morhofium Polyh. liter. 4, 6., inſtituit Fabricius Biblioth. Gr. 5, 7. Vol. 7. edit. pr. Et recentiorum quidem grammaticorum nomina recte augeri poſſunt nomine Kohlhanſii. Nam *Ioh. Chriſto. Kohlhanſius*, popularis meus, qui gymnaſium Caſimirianum doctrinae ſuae grauitate, et copia, ſuperiori ſaeculo ornauit per quatuor, et triginta, annos, edidit Coburgi quaternis A. C. 1640. *Grammaticam Graecam, ad nouam linguae Graecae docendae methodum accommodatam:* et A. C. 1653. *Iſagogen in linguam Graecam, ſiue Grammaticam Graecam, Graece conſcriptam, et paradigmatis, ac tabellis, in Etymologia, ſententiis vero, et exemplis, Graecorum auctorum in Syntaxi, repraeſentatam: ſubiunctis de etymologia regulis memoriae ſeruientibus. Cui acceſſit Epiſtola Iohannis Apoſtoli prima, cum ſuo vocabulario, pro initiatis, et vtriuſque partis huius opuſculi grammatici Lexicon in eiuſdem verſione vtendum.* Etiam *Godofredus Steinbrecherus* Grammaticam Graecam emiſit Lipſiae A. C 1707. octonis. Quanta vero prouidentia, et diligentia, adhi-

tuliſſe, quam Iac. Velleri, viri memoria, ob plurima alia in rem, et literariam, et Chriſtianam, promerita, immortali digniſſimi [2], videtur. Vix enim Grammatica eius erat ſuperiore ſaeculo [3] in lucem emiſſa, quum permulti ſcholarum publicarum, non modo in Germania, ſed etiam in exteris regionibus, iique egregii, magiſtri illa, contemtis ferme, abiectiſque, caeteris huiuſmodi libellis, ad adoleſcentulos literis Graecis imbuendos, non aliorum auctoritate, vt fit, arbitratuque, ſed ſua ſponte, ſuoque iudicio, vterentur, et tanto quidem ſtudio, tanta contentione, tanta conſtantia, vt perpaucis libris ſcholaſticis tot videre editiones contigerit, quot vidiſſe ſcimus hoc opuſculum Velleri grammaticum [4]. Et quoniam multi

adhibenda eſſet in vtendis recentiorum grammaticorum libris, et horum, qui Graece ſcripſiſſent, vt Emanuelis Moſchopuli, Theodori Gazae, Emanuelis Chryſolorae, Conſtantini Laſcaris, Demetrii Chalcondylae, et eorum, qui linguam praeoptaſſent Latinam, vt Ioh. Varennii, Georgii Fabricii, Nic. Clenardi, Pe. Anteſignani, docuit in dialogo *de parum fidis Graecae linguae magiſtris, et de cautione in illis legendis adhibenda*, Pariſiis A. C. 1587. edito, *Henr. Stephanus:* qui idem ſex annis ante eadem in vrbe emiſerat libellum, qui inſcribitur *Paralipomena Grammaticarum Gr. linguae inſtitutionum, item animadverſiones in quaſdam grammaticorum Graecorum traditiones*.

2. De vita Iac. Velleri omnium diligentiſſime expoſuit, addita etiam eius effigie, *Ioh. Andreas Gleichius*, theologus clariſſimus, in Parte Annalium eccleſiaſticorum altera p. 207. — 312. [Dreſdae, et Lipſiae, A. C 1732. 4.]

3. Lipſiae A. C. 1635. octonis.

4. Grammatica Graeca Velleri exiit, non ſolum Lipſiae a. 1635. a. 1636. a. 1640.: quam tertiam eius editionem quot excepiſſent inſequutis viginti annis aliae, tum

multi in eo multa reperiſſe reconditiora, atque obſcuriora, ſibi videbantur, quam quae cerni a pueris, inueſtigarique, poſſent: extitere etiam, qui breuia inde praeceptorum lucidorum, et in promtu poſitorum, quaſi corpuſcula conficerent [5]. Probabatur autem iſte Velleri libellus pleriſque maxime

tum quidem, quum haec ſcripſimus, ignorabamus: a. 1660. a. 1663. a. 1671. a. 1677. a. 1682. a. 1683. a. 1688. a. 1689. a. 1690. a. 1694. a. 1696. a. 1700. a. 1702. a. 1703. a. 1705. a. 1708. a. 1710. a. 1714. a. 1715. a. 1716. a. 1718. a. 1725. a. 1728. a. 1731. a. 1735. a. 1739. a. 1749. a. 1756. a. 1781.: ſed etiam Francof. a. 1650.: Gedani a. 1661.: Amſtelod. a. 1691.: cuius editionis exemplar ego ipſe poſſideo: a. 1696.: cuius editionis exemplar fuit in bibliotheca Brucuſii: vid. Catal. eius p. 217. n. 2171.: a. 1715.: v. Clerici Biblioth. ancienne, et moderne, To. 2. Part. 2, p. 448. ſſ.: Trai. ad Rhen. a. 1740.

5. Vt *Ioh. Martinus Steindorfius*, cuius *Vellerus Graecus in compendio Germanicus* exiit Curiae Nariſcorum A. C. 1735. 8.: *Ioh. Dan. Ouerbecquius*, qui *Synopſin fundamentorum grammaticalium Graecae linguae potiorum, maxime ſecundum Grammaticam Vellerianam*, edidit Lubecae a. 1769. 8.: *Ioh. Peiſquerus*, cuius *tabulae ad Grammaticam Velleri* emiſſae ſunt Leucoreae a. 1695., et a. 1711. 4. Atque hoc ipſo conſilio, vt tirones praecepta Velleri facilius arriperent, a *Ioh. Frider. Koebero* edita eſt *Grammatica Graeca harmonica Golioulleriana* Lipſiae a. 1684. et a. 1688. 8., repetita a. 1701. a. 1720. a. 1734. a. 1745.: a *Lamb. Boſio* Syntaxis Graeca in concinnam methodum redacta, et a *Greuenio* Formationes temporum Graecorum verborum ſecundum Grammaticam Vellerianam: vtroque hoc libello primum auctum eſt a. 1715. exemplum Amſtelodamenſe opuſculi Velleriani: et *Principia ſermonis Graeci iuxta methodum recentiorum, quae vulgo Velleriana dicitur*, vulgata ſunt Turici a. 1744. et a. 1784. 8. Huc referri etiam poteſt *Specimen analyticum in nouam Iac. Velleri Grammaticam Graecam a quodam eius diſcipulo ex praelectionibus eius in epiſt. ad Epheſios exhibitum a.* 1655. 8.

maxime propterea, quod declinationum, et nominum, et verborum, in eo numerum, qui ab aliis grammaticis ſine cauſſa nimis eſſet adauctus, ſcite, prudenterque, imminutum videbant [6]. Quam tamen ipſam ob cauſſam vituperatum a nonnullis, reprehenſumque, fuiſſe bonum virum, quem fugit? Sapientem enim illam numeri declinationum nominum mutationem clamabant eſſe Laur. Rhodomani, non Velleri, inuentum [7]: quod quidem hic, ſi ſimpliciter cum conſultoribus ſuis, ingenueque, agere voluiſſet, reticere omnium minime debuiſſet. Quicquid vero reprehenſionis iſtius tandem ſit: eam ſane permultis eximiis libelli dotibus, ordine in primis praeclaro, quem auctor ſequutus ſit in tradendis praeceptis, ita eſſe compenſatam, vt omnes compeſcerentur querelae, nemo, arbitror, inficiabitur facile: et quis non confiteatur libenter, Vellerum fuiſſe primum, qui de rationibus huius nouae doctrinae, atque cauſſis, in Praefatione ita diſputarit, vt grauitas eius, atque veritas, cunctis pateret?

Itaque quum hoc Velleri opuſculum eruditiſſimi homines ſententiis ſuis tanto opere comprobarent: defectus autem varii, atque errata, quae

6. Vid. Ioh. Verueii praefat. ad Nouam Viam docendi Graeca p. 5. ſ. [Gaudae a. 1702. et Amſtelod. a. 1765. 8.].

7. Morhofius Polyh. liter. 4, 6. 14. p. 784. Moller. *Iac. Velleri Grammatica laudatur ob declinationum ſpecies in compendium redactas: verum non fuit hoc eius inuentum, ſed Laur. Rhodomani, qui in* Philomuſo *ſuo iam tum eius meminit: quod Vellero diſſimulatum.*

quae effugere in eiuſmodi libris, atque vitare, haud ſcio, an nulli vnquam contigerit, contingereue poſſit, in eo deprehenſa animaduerterentur: inuenti ſunt ſtatim, qui explere iſtas quaſi lacunas, maculaſque delere, ſtuderent. Quo quidem in numero fuiſſe nouimus Abrah. Tellerum, Chriſti. Daumium, Ioh. Alb. Fabricium [8], alioſque viros clariſſimos. Sed in hoc tanto etiam doctiſſimorum hominum Grammaticae Vellerianae perficiendae, perpoliendaeque, ſtudio, tamen negari omnino non poteſt, multa etiam nunc eſſe, quae in ea, cum prorſus praetermiſſa ſint, tum minus recte tradita, neque praecepta ipſa inueniri idoneorum exemplorum, quorum maximam hoc quoque in genere vim eſſe patet, auctoritate, ac luce, illuſtrata, atque confirmata. Triplici igitur huic operis vitio ſi forte mederi ſtudiis noſtris, ſi non omnino, certe aliqua ex parte, poſſemus, experiri, atque tentare, componendo modico quodam animaduerſionum ad illud corpore, ex voluntate librarii, viri honeſti, ad quem ius libri Velleriani formulis ſtanneis deſcribendi pertinet, inſtituimus. Atque huius earum corporis prima pars iam eo potiſſimum a nobis conſilio edita eſt, vt doctorum hominum ſententias de noſtris hiſce qualibuſcunque conatis eliceremus. Nam vbi non plane inutilem operam ab iis noſtram iudicari cognouerimus: tum hanc obſeruationum partem reliquae duae breui deinceps ſequentur. In capite de dialectis, quod per-

8. Vid. Herm. Sam. Reimari de vita, et ſcriptis, Ioh. Alb. Fabricii Commentarius p. 109. ſ.

pertractandum nobis nunc quidem ſumſimus, ita verſari placuit, vt, non ſolum ea, quae noſmet in legendis auctorum veterum ſcriptis ipſi annotauiſſemus adhuc, in medium proferrentur, ſed multa etiam ex Aemilii Porti Lexicis, et Michaëlis Metarii opere, peterentur, laudarenturque alii libri compluſculi, ſed boni illi, atque vtiles, quo, et diſcipuli noſcerent eos mature, et doctores haberent, quos amplius de hac grammaticae parte conſulerent. Graeca vero in Latinum non conuertimus, cum ne libelli modus temere creſceret, tum vt pueris eſſet, in quo ingenium, induſtriamque, liberaliter exercerent ſuam. Numus, vt hoc addam, cuius ſpecie indicem opuſculi exornandum curauimus, eximiae raritatis, primum e theſaurophylacio illuſtriſſimi Comitis, Antonii Guntheri, ab Ioh. Chriſto. Oleario, doctiſſimo viro, proditus, peculiarique libello, Arnopoli anno ſuperioris ſaeculi quinto, et nonageſimo, quaternis vulgato, illuſtratus, eſt: et Ioh. Bohemi[9] in Vellerum defunctum epigramma ex philotheca quadam deſcripſimus ipſi, cui auctor illud ſua manu inſeruerat ipſo emortuali theologi ſanctiſſimi anno[10]

Cur autem mihi hunc libellum ad vos potiſſimum, viri ſumma obſeruantia colendi, placuerit

9. Hic poëta pluribus aliis carminibus nomen, et laudes, Velleri viui celebrauerat temporibus diuerſis: quae eius carmina collecta ſunt a Ioh. Andrea Gleichio, atque edita, Annall. Eccleſſ. P. 2. p. 308. — 312.

10. Hoc eſt, A. C 1664

erit mittere, qui requirat cauſſam, neminem fore ſpero, niſi qui ignoret forte, quantum liberi parentibus obſtricti beneficiorum vinculis ſint, quantaque inter neceſſarios, amicoſque, intercedere beniuolentiae coniunctio, quae etiam cultus ſignis, documentiſque, declaretur, debeat. Et tibi quidem ego, Pater venerande, praeter innumera beneficia alia, quibus tu me inde ab ineunte pueritia, in primiſque his quinque annis, quibus Lipſiae artium liberalium cognoſcendarum cauſſa commoratus ſum, non affeciſti, ſed cumulauiſti, amorem Graecarum literarum vnice debeo. Tu enim me, non ſolum initia earum ipſe, Vellero duce, perquam diligenter docuiſti, ſed talibus etiam Coburgi in diſciplinam magiſtris tradidiſti, qui ipſi eſſent bene in iiſdem verſati, et in quibus mihi Fenſlinii maxime, et Martinii, et Sandii, quem deus ſoſpitet! memoria per omnem vitam iucundiſſima erit, ita, vt iam tum quindecim annorum puer coeperim in legendis auctorum huius linguae libris hoc ſpectare, vt ſupplementa grammaticae Vellerianae idonea collegerem. Sed quum tu me poſt illa, ſuaſu, et auctoritate, Cypriani, ſummi viri, Lipſiam mitteres, vt ſcientia, exempliſque, augerer: commendauiſti me in primis Erneſtio, viro, ſi quis alius, in Graeca literatura egregio. Quam quidem commendationem tuam ego ſane intellexi multis modis apud eum non parum ponderis habuiſſe. Etenim ille ipſe ſermonibus ſuis literarum Graecarum admirationem in animo meo tantopere exauxit, vt, quemadmodum

dum Kappio, viro clariſſimo, librorum optimorum omnis generis notitiam, Chriſtio, ſummo viro, omnis antiquitatis, in primiſque Romanae, ſtudium, Vinclero, viro ſapientiſſimo, philoſophicarum diſciplinarum amorem, Hebenſtreitio denique, viro fide antiqua, doctrinaque graui omni, excellentiſſimo, literarum orientis ſcientiam, cuius fundamenta iam Coburgi haud contemnenda in ſchola Ioh. Cunr. Nigrini ieciſſem, debeo, ita diſciplinae Erneſtii meam qualemcunque linguae Graecae, et Latinae, facultatulam, et tuis, Pater optime, praeceptis, acceptam referre non dubitem. Itaque gratiam deo O. M., et nunc habeo, et habere nunquam deſinam, quod Lipſiae mihi literis operam dare talium, tantorumque, potiſſimum virorum aetate contigit, nihilque optare vehementius ſoleo, quam vt mihi diutius commorari hac in vrbe, fauente numine diuino, ſcientiae bonarum artium, vel confirmandae, vel adaugendae, cauſſa, contingat. Te vero, cariſſime Affinis, incredibiliter literis Graecis delectari, ex eo maxime tempore planiſſime cognoui, quo tua mihi familiaritate frui, colloquique tecum per literas ſaepius, licuit. Et nuper admodum, quum ego te Coburgi viſerem, et ſalutarem, bibliothecae Apollodori, cura Taneguidi Fabri editae, exemplari me donauiſti, cuius marginibus manus M. Meibomii commiſit, et proprias coniecturas, et varietatem lectionis codicis Palatini ex editione Comeliniana, vt videtur, ſed addito tamen ſaepe iudicio, enotatam, et quod e bibliotheca Ioh.

Gerh.

Gerh. Meuſchenii, clariſſimi theologi, qui eo Vltraiecti a vidua Meibomii erat donatus, in tuam venerat. Huius vero doni rara praeſtantia ego non mediocriter ſum, mihi crede, ad Graeca diligentius addiſcendi cupiditatem excitatus, ita, vt mirarer, locum augendi fuiſſe in eo, quod mihi iam pridem etiam maximum videbatur. Te denique, Gurtlere, vir doctiſſime, ipſum pueros ingenuos cotidie initiis linguae Graecae imbuere noui, tantaque humanitate, tamque ſingularibus virtutibus aliis, praeditum eſſe ſentio, vt te nunquam Parentem meum, amicum tuum a condiſcipulatu coniunctiſſimum, conueniſſe recorder, quin ego ex tuis ſermonibus, et voluptatis, et vtilitatis, plurimum perceperim. Etenim ſic mihi ab ineunte aetate ſemper perſuaſi, ſicque etiamnunc ſtatuo, non generoſos, non honoratos, non opulentos, ſed virtutum praeſtantia excellentes, homines, ſed verae, non fictae, ſed candidae, non ſordidae, eruditionis laude florentes viros, vnos omnium digniſſimos eſſe, quos amore alii ſummo, maximaque admiratione, proſequantur. Itaque ſaepenumero optaui, tempus vt nanciſcerer, quo meam mihi erga vos, viri maxime venerandi, pietatem, gratumque animum, et obſeruantiam, publice declarare liceret. Quam quidem opportunitatem mihi nunc a fortuna datam eſſe, laetiſſime gaudeo. Recipietis igitur opuſculum hoc leue, tanquam graue monumentum, et pignus, meae aduerſus reuerentiae: ſed erratis, quae obrepere facile potuiſſe intellego, veniam dabi-

 tis,

tis, ita, vt amori me veſtro, fauorique, commendatiſſimum perpetuo habeatis. Ego quidem nihil magis, nihil ardentius, nihil vehementius, precor, quam vt tibi, Pater pie colende, diem natalem tuum, quem tu laetus hodie celebraſti, quam ſaepiſſime in poſterum celebrare contingat, et vt tibi vna cum Gernhardio, Gurtleroque, noſtris, valere quam diutiſſime liceat. Valete. Scripſi Lipſiae a. d. IIII. Kalendas Decembres A. C. CIƆIƆCCXXXXVIIII

*Q. B*

Q. B. V.

Quum meminiſſemus laeti, magiſtros ſcholarum publicarum in omnibus propemodum orbis Germanorum maxime regionibus per centum, et ſexaginta amplius, annos in tradendis linguae Graecae initiis ita vſos eſſe praeceptis Grammaticae Iac. Velleri, vt innumerabilis quaedam puerorum, adoleſcentiumque, liberalium multitudo ex hac eorum inſtitutione, et plurimos perceperit, et maximos, fructus; quum recordaremur grati, quantum noſmet adiuti eſſemus ipſi doctrina, et ſubtilitate, praeclara huius communis Germaniae praeceptoris in cognoſcendo Graecarum literarum ingenio: inde ab eo tempore, quo tres animaduerſionum ad Grammaticam Vellerianam libellos exire iuſſeramus, qui nec iudicibus rerum huius generis grauibus improbarentur[1], ſummo a nobis ſtudio agendum hoc eſſe putauimus, vt in legendis, et ipſorum ſermonis Graeci auctorum, et grammaticorum veterum, libris ea collegeremus, quae pertinerent, cum ad praecepta ipſius Velleri, vel confirmanda, et illuſtranda, vel corrigenda, et emendanda, tum ad noſtrarum animaduerſionum copiolas, vel recenſendas, et luſtrandas,



1. Villoiſonius in animaduerſſ. ad Longi Paſtorall. 3. p. 212. *Quem libellum* [animaduerſionum ad Grammaticam Iac. Velleri] *hic indico, vt tironibus, quibus vtiliſſimus eſt, commendem.*

das, vel inſtruendas magis, et collocupletandas. Haec igitur, non paucorum, ſed permultorum, annorum cura, atque prouidentia, vt appareret, quos, quantoſque, nobis tuliſſet fructus: partem primam noſtrarum ad Velleri Grammaticam obſeruationum ita immutatam, et diffictam, ita auctam, et quaſi dotatam, librario, honeſtiſſimo viro, tradidimus, vt facies eius, atque vbertas, longe diſcreparet a ſuperiore forma, et tenuitate. Etenim vt modus quoque eius aequalis, ſimilisque, exiſteret modo reliquarum partium duarum, quae ipſam, volente deo, ſequentur: praeter locum de dialectis, ea complecti viſum eſt capita de accentibus, de articulo, et de nominum declinationibus. Sed in his quatuor quaeſtionibus nihil traditum eſſe a nobis, inuenient Graecarum literarum ſtudioſi, quod non confirmatum ſit, et graui veterum grammaticorum auctoritate, et numero exemplorum idoneorum, hoc eſt, e fontibus claſſicorum ſcriptorum hauſtorum, iuſto. Nam praecepta grammaticorum Graecorum a nobis propterea repetita ſunt, vt non modo adoleſcentibus in notitiam venirent libri eorum, ſed vt iidem vſu loquendi Graeco aſſuefacti plane cognoſcerent, recentiores grammaticos propemodum omnia etiam hoc in genere ab antiquis accepiſſe. Et quum fieri nullo modo poſſit, vt in hac tanta rerum, non minutarum, ſed minutiſſimarum, copia vnus homo, iſque ſenex, et occupatus, omnia vno tempore parata habeat, atque promta; quum neminis facile diligentia, et memoria, tam fidelis reperiatur, et acris, vt nihil effluat, nihil elabatur, nihil effugiat: conſultores noſtra-

noſtrarum animaduerſionum vehementer rogamus, vt, ſi quid legentibus occurrerit in his, illiſue, ſcriptorum veterum locis, de quo nihil praeceperimus [2], has obſeruationes ſuas noſtris addant ipſi, ita, vt etiam errata operarum corrigant, quae ſperamus fore eiuſmodi, vt deprehendi

2. Sic p. 177. 32. addi poterat, pro *σάκκος* Atticos dixiſſe *σάκος*, auctoribus Moeride v. *σάκος*· vbi v. Pierſonius: et Phrynicho eclogg. p. 108. Et p. 190. 7. nihil traditum a nobis eſſe videmus de permutatione literarum *ξ*, et *σ*. Nam apud Hom. Odyſſ. *ϑ'*, 251. legitur *παίσατε*· vbi ſchol. min. *παίξατε*· Ἀττικῶς. Et quanquam ratio eorum magis probanda videtur, qui *παίσατε* ductum eſſe putant a praeſenti *παίω*, vt ſit *τύψατε*, h. e. *ὀρχηστικῶς κρούσατε τὴν γῆν*· vid. Euſtath. p. 1594. 48.: tamen certum eſt, non modo apud Ariſtoph. Plut. 1056. Rann. 391. 395. *παῖσαι* legi pro *παῖξαι*· v. Moeris, et Thomas Mag., v. *παῖσαι*, et Euſtath. d. l. v. 47.: ſed etiam Platonem dixiſſe *προσεπαισάτην*, *προσεπαίσαμεν*, *παῖσαι*· locos eius laudauit Rhunquenius ad Timaei Gloſſar. p. 222. ſec. Moeris: Ἐπαίσαμεν, Ἀττικῶς· *ἐπαίξαμεν*, Ἑλληνικῶς. Παῖσαι, Ἀττικῶς· *παῖξαι*, Ἑλληνικῶς. Timaeus: Προσέπαισε· *προσέπαιξε*· τῷ *σ* *ἀντὶ τοῦ ξ κέχρηται*. add. Phrynichus eclogg. p. 102. Sic *τεθνήσει*, pro *τεθνήξει*, Ariſtoph. Acharnn. 590. Veſpp. 652. Sed perperam huc relatum eſt a Rhunquenio d. l. *σμῆσαι*, pro *σμῆξαι*, e Phrynichi eclogg. p. 108. Nam *σμῆξαι*, vt nomen *σμῆγμα*, ductum eſt a praeſenti *σμήχω*, ſed *σμῆσαι*, vt nomen *σμῆμα*, a praeſenti *σμάω*, cuius vſus a Moeride, aliiſque grammaticis antiquis, tribuitur Atticorum ſermoni. Moeris: Σμώμενος, Ἀττικῶς· *σμηχόμενος*, Ἑλληνικῶς. P. 323. 4. *poſt*, inconſtantes, *addi poſſunt iſta*, Sed ratio pronominis *ἕκαστος* haec eſt, vt nomina ipſi praemiſſa habeant articulum, poſtpoſita eo careant. vid. Xen. Cyrop. 2, 2. 1. 1, 2. 5.: vbi Zeunius non debebat edere *ἑκάστῃ τῇ ἡλικίᾳ* e libris Stobaei. P. 339. 27. *poſt verba*, intell. *ἄνδρα*, *addi debent haec*, vt Luc. 24, 10. *Μαρία Ἰακώβου* intell. *μήτηρ*· v. Marc. 15, 40.: et Matth. 1, 6. *ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου* intell. *γυναικός*.

hendi a quoque ſponte poſſint[3]. Etenim vt in hac ſordida librariorum Germaniae feſtinatione vix fieri poteſt, vt vllus ex officinis exeat liber, quem non pauca ſaltem ſcripturae vitia deturpent: ita ne optabile quidem eſſe putamus, vt a grammaticis Graecis, et Latinis, omnino omnia attingantur, quae ad naturam, et virtutes, harum excellentiſſimarum linguarum quocunque modo pertineant. Quem enim non docuit vſus etiam proprius, animos adoleſcentium liberalium nulla re, cum excitari prius, tum facilius incitari, ad libros ſcriptorum veterum diligenter, ſtudioſeque, legendos, quam ſpe, animaduerſum a ſe iri, atque inueſtigatum, multa, quae curam, obſeruationemque, aliorum omnium fugerint, praeterierintque? Caeterum vbi huic animaduerſionum parti acceſſerint reliquae duae, de quibus ſupra diximus: tum denique etiam rerum, quae toto continentur opere, indices addentur. Scripſi Lipſiae a. d. VIII. Kalendas Sextiles A. C. CIↃIↃCCLXXXXVII

3. P. 59. 17. l. Forma: p. 71. 28. *verba*, *ἀμὸν* — Olympp. 10, 10., *deleri debent:* p. 93. 24. l. *additur* ῑ· p. 120. 6. l. *ἀποιμώξεις* — *ἀποιμώξει* — *οἰμώξει*· p. 140. 29. l, connexus: p. 173. 17. l. *ὀρνιχολόχῳ*· p. 177. 8. l. *ἀποβολῇ*· p. 190. 8. l. *ὑπόδρα*· p. 200. 30. *verba*, *τὴν μάρτυς εὐθεῖαν*, *vncis includi debent:* p. 203. 16. l. *ἐφύλασσον*· p. 205. 20. l. *εἰς ὀξύ*· p. 248. 20. l. adiungi poteſt: p. 313. 24. l. nonam.




*Q. B. V*

ANIMADVERSIONVM

AD

# GRAMMATICAM GRAECAM

## IAC. VELLERI

### SPECIMEN PRIMVM

Ad p. 1. *Grammatica Graeca eſt habitus — Graece queamus*] Haec vero grammaticae Graecae definitio, neque ſatis certa eſt, neque lucida: etſi non ignoro, Charetem, alioſque veteres grammaticos Graecos, vſos eſſe hoc in genere nomine *ἕξις*. vid. Sextus Empir. contra mathematt. 1, 3. p. 233. et ibi Fabricius. Scilicet grammatici antiqui plerique grammaticam omnem diuiſere in partes tres, quarum *primam* dixerunt *τεχνικήν*, vel *μεθοδικήν* [Quinctil. 1, 9. 1.], etiam *διορ-*

θωτικὴν, καὶ ἀναγνωςικὴν [vid. Diomedis ſcholaſtici commentar. in τέχνην γραμματ. Dionyſii Thracis apud Villoiſonium Anecdott. Grr. p. 172. ſ. To. 2.], *ſecundam* ἱςορικὴν [Quinctil. 1, 9. 1.], vel ἐξηγητικὴν, *tertiam* ἰδιαιτέραν, vel κριτικήν. vid. Sextus Empir. d. l. 1, 4. p. 236.: Vouerius Polymath. c. 8.: Moſacus diſſert. crit. de Harpocrat. p. 334.: Cuperus obſeruatt. 1, 11., in primiſque Voſſius Ariſtarch. 1, 4. ſſ. Has ipſas grammatices partes, ad quarum numerum recte redigi poſſunt partes illae ſex, in quas hanc artem deſcribere placuit Dionyſio Thraci [vid. Fabricius biblioth. Gr. 5, 7. 13. p. 26. To. 7.], Cicero Orat. 1, 42. complexus eſſe verbis videtur iſtis, *in grammaticis, poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam ſonus.* Et prima quidem pars proprio vocabulo ἡ γραμματιςικὴ [Sextus Empir. d. l. 1, 2. p. 225. ſſ.] appellata eſt, eiuſque doctores γραμματιςαὶ [Plutarch. V. Caton. M. c. 20. p. 415. To. 6. Tub. Theodoret. Θ. ΠΠ. 1. p. 16. 24. Sylb.], hoc eſt, *pueros elementa docentes* [Horat. 1. ep. 20, 17.], vno verbo *literatores* [Capitolin. V. Anton. philoſ. c. 2. Gellius NN. AA. 18, 9.]: ſed ſaepenumero tamen etiam a diligentiſſimis ſcriptoribus dicta legitur, vel ἡ γραμματικὴ τέχνη [Plato Cratyl. 40.], vel ſimpliciter γραμματικὴ [Polyb. 10, 44. Sextus Empir. d. l. p. 224. Dionyſius Halic. περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. p. 195. 8. To. 2. Lipſ.], eiuſque magiſtri *grammatici* [Gellius d. l.]. Vid. Voſſius Ariſtarch. 1, 1. — 6. Hanc vero loquendi conſuetudinem veterum ſequuta aetas recentior eandem illam grammatices partem nominare abſolute *grammaticam* conſueuit. *Grammatica* igitur *Graeca*, cuius copias Vellerus hoc libro ſuo contineri iuſſit, eſt *ars, quae docet rationem recte, et emendate, loquendi, vel ſcribendi, lingua Graeca.* Habet enim materiem, quam tractet, hoc eſt, literas, et ſyllabas, et ipſius orationis partes, vel ſolas, vel

inter

inter ſe iunctas, atque omnia, quae iis accidunt: vid. Dionyſ. Halic. d. l.: continetur praeceptis, atque adeo inſpectione, atque actu: et neque opus ei deeſt, quod efficiatur, dictio, puta, recta, et emendata, neque artifex, id eſt, is, qui recte, emendateque, loquatur, vel ſcribat. Caeterum nominum grammaticorum Graecorum, et veterum, et recentiorum, indicem conficere inſtituit Fabricius B. G. 5, 7. Iam vt Angelus Caninius, cuius Ἑλληνισμὸς tertium exiit Amſtelod. A. C. 1700. octonis, cura Tho. Crenii, alumnis diſciplinae Hemſterhuſianae iudicatur hoc in genere praeteriiſſe grammaticos ſuperiorum ſaeculorum omnes: vid. Valquenarius obſeruatt. ad origg. Grr. p. 4. et Lennepius praelectt. acadd. de analogia L. Gr. p. 18.; vt ipſe Hemſterhuſius diſcipulis ſuis commendare ſolebat vſum grammaticae Georgii Henr. Vrſini, Noribergae A. C. 1691. octonis editae: vid. Euer. Scheidius animadverſſ. ad Lennepii praelectt. ante laudatas p. 247.: ita noſtra aetate hos numeros, editis grammatices Graecae praeceptis, praeter auctores grammaticae Halenſis, et Marchicae, auxere Germani hi: Butmanus [Berolini A. C. 1792. 8.], Facius [Coburgi A. C. 1793. 8.], Haſius [Lipſiae A. C. 1781. 8.], Haſſius [Regiom. A. C. 1792. 8.], Hezelius [Leucopetrae A. C. 1795. 8.]: qui tamen hoc quidem libro complexus eſt primam tantum grammaticae partem, quam ipſi etymologicam nominare placuit, ita, vt locos de dialectis, et de conſtructione verborum, et de proſodia, ſe eſſe ſeparatim perſequuturum oſtenderit: Iehnius [Hamburgi A. C. 1782. et A. C. 1791. 8.], Malerus, cuius elementa etymologica linguae Gr. iterum cura Vuchereri exiere Carolerem. A. C. 1796. 8.: Riſius [Maguntiae A. C. 1782. 8.], Trendelenburgius [Lipſiae primum A. C. 1788. 8.: quartum annis octo poſt], Veinzirlius [Monachii A. C. 1787. 8.], Langius [Lipſiae A. C. 1797. 8.], aliique.

*literas Graeci — habent XXIIII.*] Hae literae ab Aenea Poliorc. 31. p. 464. To. 3. Polyb. Lipſ. dicuntur τὰ ϛοιχεῖα τῶν γραμμάτων τὰ τέτταρα, καὶ εἴκοσι, vt ab Aurelio Victore epit. hiſt. Aug. c. 76. *quatuor, atque viginti, Graecae literae.* Dionyſius Halic. de compoſit. orat. c. 14. p. 92. Vpton. οἱ δὲ [ᾠήθησαν εἶναι] καὶ τῶν εἴκοσι τεσσάρων [ϛοιχείων], οἷς χρώμεθα νῦν, πλείω. add. Sextus Empir. contra mathematt. 1, 5. p. 238. Fabric. et Diogen. Laërt. 7, 56. Athenienſes autem quatuor, et viginti, literis vti coeperunt, quum ante tantum ſex, et decem, habuiſſent, a. 4. Olymp. 94., auctore Euſebio Chron. 1. p. 33. 2. p. 134. Scal., vel potius duobus annis ante, archonte Euclide. Certe a Plutarcho V. Ariſtid. c. 1. p. 340. To. 2. Tub. laudantur τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς· ſed Euclides archon Athenis fuit a. 2. Olymp. 94. vid. Meurſius in de Archontt. Athenienſſ. 3, 14. et 17.: Voſſius Ariſtarch. 1, 30., et Tailorius in vita Lyſiae ſ. 97. p. 141. To. 2. Reiſq. Hanc vero grammaticen acceperunt Athenienſes, quibus vſum eius Archinus, Athenaei filius, archonte Euclide, commendarat: vid. Suidas v. Σαμίων ὁ δῆμος, et ex eo Apoſtolius Paroemm. 17, 25.: ab Ionibus, quibus ea ab Harpocratione v. Ἀττικοῖς γράμμασι diſerte tribuitur. vid. Salmaſius in notis ad inſcript. templi in agro Herodis Attici p. 31.

*olim XVI. modo — apud Samios*] Haec verba omnia in eo exemplari, quod Amſtelodami ante hos octoginta, duoque, annos, cura Lamberti Boſii, viri de Graecis literis egregie meriti, et Henr. Pollii, octonis Vetſteniorum ſumtu, exiit, et quinque, ac viginti, annis poſt Traiecti ad Rhenum repetitum eſt, non leguntur, neque a Vellero ipſo profecta, ſed a Ioh. Alberto Fabricio, viro ſummo, adiecta, eſſe videntur. In iis enim exemplaribus, quae in Germania ante annum ſuperioris ſaeculi vndenonageſimum, quo anno vir ille clariſſi-

clariſſimus hoc Velleri opuſculum animaduerſionibus nonnullis auctum edidit, et in his, quae Amſtelodami inde ab anno eiuſdem ſaeculi primo, et nonageſimo, emiſſa ſunt, verba iſta fruſtra quaeſiueris, verum in poſterioribus, vt in eo, quod Lipſiae ante hos centum annos formulis deſcriptum ſtanneis eſt, extare illa, certiſſime ſcimus. Legi hac de re poteſt Reimari elegans commentariolus de vita, et ſcriptis, Fabricii p. 109. ſ.

*olim XVI. modo Graecis fuerunt literae etc.*] Quae hoc loco de originibus literarum Graecarum, earumque inuentoribus, et numero, dicuntur, ea egregie Plinii H. N. 7, 56. auctoritate confirmantur, cuius verba haec ſunt: *Vtique in Graeciam intuliſſe* [arbitror] *e Phoenice Cadmum* [literas] *ſedecim numero: quibus Troiano bello Palamedem adieciſſe quatuor hac figura,* Θ Ξ Φ Χ: *totidem poſt eum Simonidem Melicum,* Ζ Η Ψ Ω: *quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles X. et VIII. priſcas fuiſſe*, Α Β Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ, *et duas ab Epicharmo additas,* Θ Χ, *quam a Palamede, mauult.* At Plutarchus quoque ſympoſſ. 9, 3. p. 738. E To. 2. Vuechel., Τὰ δὲ δὴ πρῶτα, inquit, καὶ Φοινίκεια, διὰ Κάδμον ὀνομασθέντα, τετράκις ἡ τετρὰς γενομένη παρέσχε· καὶ τῶν αὖθις ἐφευρεθέντων δὲ, Παλαμήδης τε πρότερος τέτταρα, καὶ Σιμωνίδης αὖθις ἄλλα τοσαῦτα, προσέθηκε. add. idem Quaeſt. Platonn. p. 1009. E To. 2. Illuſtrauit illum Plinii, grauiſſimi ſane ſcriptoris, locum, praeter plures alios, Scaliger in praeclara de priſcis Ionum literis diſſertatiuncula, quae inſerta legitur animaduerſionibus eius Euſebianis p. 110. ſſ., et poſt eum Salmaſius in notis ad inſcript. Herodis p. 29. ſſ. 221. ſſ.: qui tamen vt de multis aliis rebus a Scaligero hac in quaeſtione diſſentit, ita apud Plinium in verbis *quatuor hac figura*, Θ Ξ Φ Χ, pro litera Ξ literam Ζ, et in verbis *totidem poſt eum Simo-*

*nidem Melicum*, Z H Ψ Ω, literam Ξ pro litera Z, auctoritate Suidae v. Σιμωνίδης adductus, reponendam eſſe cenſet. Conf. Goenſius diſſert. de Simonide Ceio, poëta, et philoſopho, Trai. ad Rhen. A. C. 1768. 4., c. 4, 1. p. 72. ſſ. Cuius quidem coniecturae poſterior pars adiuuari poſſe videtur fide fragmenti cuiuſdam tribuum Atticarum, quod a Iac. Sponio in Miſcellaneis eruditae antiquit. p. 315. ſſ. exhibetur. Hoc enim in monumento, quod ante Simonidis aetatem poſitum eſſe creditur, quum pro litera Ξ literae X Σ ſcriptae inueniantur, vt in inſcriptione a Bartholomaeo Pariſiis A. C. 1792. quaternis vulgata: quis Sponium temere ſuſpicatum eſſe putet, Simoniden, neque Palameden, figuram literae Ξ excogitaſſe? Sed priori coniecturae Salmaſianae parti addunt ponderis aliquid verba Heſychii Mileſii, qui in libello περὶ Σοφῶν p. 31. Meurſ. Παλαμήδης, inquit, εὗρε τὸ Z, καὶ Π, καὶ Φ, καὶ X, ςοιχεῖα· quarum ipſarum literarum inuentionem Palamedi Suidas v. Παλαμήδης tribuit. Nam Graecos ante Cadmi Tyrii [Arrian. anab. Alex. 2. p. 125. Blanc.] cum aliis Phoenicibus aduentum in eam Graeciae regionem, quae ab eo Καδμηὶς γῆ, ſed poſtea Boeotia, dicta eſt: v. Thucyd. 1, 12.: caruiſſe vſu literarum, auctore Herodoto [2, 49. 5, 57. 58. add. Euſeb. P. E. 1, 6. p. 18. A Colon.], ſcimus, ita, vt, neque Ioſepho fides habenda ſit, qui Graecos diu poſt illa tempora literis vti coepiſſe tradit [contra Apion. 1, 2. et apud Euſeb. P. E. 10, 7. p. 477. ſ.], neque audiendi ſint ii, qui literas in Graecia iam ante Cadmi aetatem vſurpatas fuiſſe aiunt: vid. Tzetzes Chill. 5, 28. 804. ſſ. p. 94. 10, 332. p. 192. 12, 398 p. 224. ſſ. Baſ.: quam eorum rationem adiuuare conatus eſt Ioh. Buhierius in diſſertatione de priſcis Graecorum, Latinorumque, literis, quae Palaeographiae Graecae Montefalconii ſubiecta eſt, ſ. 10. ſſ. p. 555. ſſ. Et quanquam fuerunt, qui

Cecro-

Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, et temporibus Troianis Palameden Argiuum, memorarent, ſedecim literarum formas, mox alios, ac praecipuum Simoniden, caeteras reperiſſe: vid. Tacitus Ann. 11, 14.: Alcidam. p. 74. ſ. et Gorgias Apol. Palam. p. 118. To. 8. Reiſq.: Hyginus fab. 277.: ſchol. in grammat. Dionyſ. Thrac. apud Villoiſonium Anecdott. Grr. p. 187. To. 2., aliique, qui laudantur a Meurſio in notis ad Heſychium Mileſ. p. 179. ſſ.: tamen e communi, conſtantique, omnium veterum ſcriptorum de origine Graecarum literarum narratione plane cognoſcitur, literas illas ſedecim, quas a Plinio nominari vidimus, auctores habuiſſe Cadmum, eiuſque comites, atque adeo Phoenicas, quos Alcidamas [p. 75. To. 8.] omnium barbarorum fuiſſe λογικωτάτȣς [ſ. λογιωτάτȣς], καὶ δεινοτάτȣς, oſtendit. Vid. Herodo. 5, 58.: Diodorus Sic. 3. p. 200. 5. p. 328. 340. To. 1. Rhodom.: Ephorus apud Clem. Alex. Stromm. 1. p. 306. D et p. 322. C Colon.: Theodoretus Θ. Π Π. 1. p. 7. Sylb.: Euſebius P. E. 1, 6. p. 18. A, 10, 5. p. 473. D: Tatianus λόγ. πρὸς Ἑλλ. c. 60. et apud Euſeb. P. E. 10, 11. p. 494.: Iuſtinus M. Paraen. c. 12. p. 71. Oxon. Conf. Bochartius Geogr. S. 2, 1. 20. Neque ſane aliam ob cauſam illae ipſae ſedecim literae, quarum formas paulatim immutatas eſſe res ipſa loquitur, ab Herodoto 5, 59. dicuntur Καδμήϊα γράμματα, et 5, 58. Φοινικήϊα, vt a Diodoro Sic. 3. p. 200. 5. p. 340. To. 1., et a Sophocle Ποιμέσιν apud Heſychium v. Φοινικίοις γράμμασι, τὰ γράμματα Φοινίκια, et a Plutarcho ſympoſſ. 9, 3. p. 738. E To. 2. Vechel. τὰ Φοινίκεια· ſed a Timone apud Sextum Empir. contra mathematt. 1, 2. p. 227. Φοινικικὰ σήματα Κάδμȣ. Harum autem ſedecim literarum formas paululum mutatas quum accepiſſent a Cadmeis Pelaſgi, de quibus v. Herodo. 1, 56. ſſ., et Iones, atque adeo Athenienſes: vid. Diodor.

Sic. 3. p. 200. To. 1. Herodo. 1, 57. 5, 57. ſ.: dici coeptae ſunt, non modo γράμματα Ἀττικά, de quibus Hauptmanus, ſcholae Geranae nuper rector doctiſſimus, ſeparatim ſcripſit: vid. Pauſan. 1, 2. p. 6. Kuhn. et Demoſthen. contra Neaer. p. 1370. To. 2. Reiſq. atque ibi Tailorius p. 1026. To. 4. Reiſq., et Valeſius ad Harpocration. p. 252. ſ.: quae Harpocratio v. Ἀττικοῖς γράμμασι recte interpretatus eſt παλαιά, vt Heſychius ἀρχαῖα, et ἐπιχώρια, quia iſtae literae fuerunt quaſi indigenae, ratione octo reliquarum, quae a ciuitate poſtea aſſumtae ſunt: Pauſanias 6, 19. p. 498. ἀρχαῖα Ἀττικὰ γράμματα vocat: ſed etiam Πελασγικὰ γράμματα· v. Diod. Sic. 3. p. 200. To. 1. coll. Herodo. 6, 137. ſ.: et Ἰωνικὰ γράμματα· v. Herodo. 5, 59.: vel τὰ τῶν Ἰώνων· v. Theopompus apud Harpocrat. d. l., ita tamen, vt haec poſteriora nomina duo fere indicarent, praeter antiquiſſimas illas ſedecim literas [Priſcian. 1. p. 6. Baſil.], octo quoque reliquas quarum inuentores Palameden, et Simoniden, fuiſſe diximus. Nam Plinius H. N. 7, 57., *Gentium conſenſus*, inquit, *tacitus primus omnium conſpirauit, vt Ionum literis vterentur.* Caeterum hanc de origine Graecarum literarum quaeſtionem, poſt Scaligerum, et Salmaſium, et Voſſium [Ariſtarch. 1, 10.], compluresque alios ſuperiorum aetatum doctiſſimos homines, denuo perſequuti ſunt hoc ſaeculo Spanhemius in diſſert. de praeſtantia, et vſu, numiſmatum ſecunda ſ. 2. p. 81. ſſ. To. 1.: Monteſalconius Palaeogr. Gr. 2, 1.: Hauercampius in diſſert. de veteri, et varia, literarum apud Graecos ſcriptura, et vſu, quae inſerta extat ſylloges ſcriptorum de linguae Graecae pronuntiatione Tomo primo p. 205. ſſ. [L. B. a. 1736. 8.]: Blanconius in libello de antiquis literis Hebraeorum, et Graecorum, p. 33. ſſ. [Bonon. a. 1748. 4.]: Renodotius in Commentariis Acad. inſcriptt. Pariſ. p. 246. — 278. To. 2.: auctores

auctores noui operis diplomatici To. 1., aliique: etiam Villoiſonius, cum in notis ad Anecdotorum Graecorum Partem ſecundam [Venet. A. C. 1781. 4.], tum in Prolegomenis ad Homeri Iliada, eiuſque ſcholia [Venet. A. C. 1788. f. max.], multa attulit, quibus hoc doctrinae antiquae caput non parum illuſtraretur. Conſtituit enim vir ille eruditiſſimus edere Palaeographiam Graecam criticam: v. Anecdott. Grr. p. 158. 171. To. 2. et Prolegomm. ad ſchol. Homeri Venet. p. 7.: cuius ſpecimen nuper in epiſtolis Vinarienſibus propoſuit, vt Bartholomaeus ſummam Palaeographiae numiſmaticae in Commentarr. Acad. inſcriptt. Pariſ. To. 24. p. 30. ſſ. Neque vero neglegi debet Meierhofii libellus de Phoenicum in antiquiſſima Graecia veſtigiis, Gotingae A. C. 1794. quaternis editus.

At fuerunt tamen hoc, et ſuperiore, ſaeculo, qui Graecas literas e Phoeniciis extitiſſe negarent. Marſhamius enim, cuius peruulgatum eſt ob portentoſas opiniones nomen, earum natales eſſe in literis Aegyptiorum quaerendos, ſibi perſuaſerat. vid. Canon eius Chron. ſaec. 9. p. 122. ſſ. Argumentorum vero leuitatem, atque infirmitatem, quibus ipſe hanc ſententiam ſuam adiuuare, et fulcire, ſtuduit, oſtendere conatus eſt Buhierius in diſſertatione de priſcis Graecorum, et Latinorum, literis, quam ſupra laudauimus, ſ. 3. p. 553. ſ.

In aliam plane ſententiam Olaus Rudbeccius, vir doctiſſimus, in Parte prima operis, quod inſcribitur *Atlantica*, diſceſſit, Graecas literas e Runis, veterum Gotthorum literis, coortas eſſe contendens: quam eius auctoritatem, praeter alios, Laur. Ingeualdum Elingium ſequutum eſſe in hiſtoria linguae Graecae nouimus. At Rudbeccium nimio gentis ſuae amore, nimiaque patriae antiquitatis deſideratione, occaecatum in eam opinionem incidiſſe, recte, opinor, Steph. Morinus in exercitationibus de lingua primaeua iudica-

 vit,

vit, praeſertim quum veriſimile ſit, Runicarum literarum figuras eſſe, etiam Salmaſio in commentario de Helleniſtica p. 382. iudice, e formis literarum Graecarum expreſſas. Conf. Ioh. Chriſti. Clemmius diſſert. de geneſi literarum Graecarum e Phoenice p. 15. ſ. De Runis ipſis omnium diligentiſſime, copioſiſſimeque, expoſuit Olaus Vormius, vt in Faſtis Danicis, ita in primis in commentario praeclaro de literatura Runica, qui Hafniae A. C. 1651. iterum editus eſt: ex quibus ſummi viri operibus alphabetum Runicum, cuius ſpecimen etiam a Ioh. Mabillonio in libris de re diplomatica p. 347., et a Spanhemio diſſert. 2. de praeſtantia, et vſu, numiſmm. p. 114. To. 1., propoſitum exhibetur, Franciſcus Iunius, filius, in Gloſſarium ſuum Gotthicum tranſtulit p. 17. ſſ. Sed conſuli, praeter Vormium, de iiſdem literis recte poteſt, cum Olaus Verelius in manuductione compendioſa ad Runographiam Scandicam antiquam, Vpſalae A. C. 1675. emiſſa, tum Olaus Celſius in epiſtola ad Antonium Malliabeccium, in qua Runicae ſcripturae exemplaria ad illa vſque tempora propoſita non eſſe ſatis accurata docuit, nouumque eius ſpecimen ipſe in medio poſuit. Et de numis, qui literis Runicis inſigniti ad noſtram peruenere memoriam, ſeparatim ſcripſit Nic. Kederus, Holmienſis: qui eius libellus formulis ſtanneis deſcriptus Lipſiae A. C. 1704. quaternis exiit. Omnino conferri hanc in rem Knitelii quoque, eruditiſſimi viri, commentarius ad Vlphilae interpretationem quatuor Euangeliorum Gotthicam vtiliter poteſt.

Sed ab iſta Rudbeccii opinione longiſſime diuerſa fuit Hermani Hardii ſententia, qui Graecarum literarum originem ſtatuit repeti ab Hebraicis literis, quarum formis hodie vtimur, quaſque multi Aſſyrias vocant, debere. vid. methodus eius noua, et breuis, linguae Graecae p. 13. ſſ., quae eſt pars tertia ſtudioſi Graeci, qui A. C. 1705. iterum octonis Helmopoli prodiit.

prodiit. At vero nemo, opinor, fuit adhuc, cui ſeſe hoc, non tam opinionis, quam ſomnii, portentum magnopere probauerit. Poteſt enim facillime vel eo redargui, et conuinci, quod Graecas literas conſtat literis Hebraicis hodiernis antiquitate plurimum praeſtare: quippe quum vetuſtiſſimae Hebraeorum literae fuerint eae, quas nunc Samaritanas, Phoeniciis non multum diſſimiles, appellare ſolent. vid. Montefalconius Palaeogr. Gr. 2, 1. p. 119. ſ.; Iſ. Voſſius de oracc. Sibyll. c. 15., et Guil. Poſtellii commentatiuncula de Phoenicum literis, quae inſerta extat parti ſecundae sylloges ſcriptorum de linguae Graecae pronuntiatione Hauercampianae, p. 704. ſſ. Sed Hardius ipſe ita fuit inconſtans, vt aliis in libris oſtenderit, natales Hebraicae, aliarumque orientis, linguarum in lingua Graeca quaerendos eſſe: quam huius opinionis leuitatem demonſtrare ſtuduit, edito libello non vno, Chriſti. Bened. Michaelis, vir grauiter doctus. Hoc enim accidere ſolet iis, qui in rebus hiſtoricis commentorum ſuorum nouitatem, et leuitatem, malint, quam omnis antiquitatis vocem grauem, ſequi, vt retractare dicta ſaepius cogantur. Et nuper exortus eſt Hezelius, qui docere auderet, originem linguae Graecae eſſe Semiticam, hoc eſt, colonos Semitarum, Pelegitarum puta, qui Graece Πελασγοὶ dicti eſſent, eam primos ex Aſia in Graeciam intuliſſe. Hac enim arte vtuntur nunc multi omni propemodum literarum in genere, vt noua ipſi rerum vocabula fingant, quo videantur tandem reperiſſe ſcilicet res per tot ſaecula omnibus, etiam doctiſſimis, incognitas. Liber Hezelii, qui inſcribitur, *Ueber Griechenlandes älteſte Geſchichte, und Sprache*, exiit Leucopetrae, A. C. 1795., octonis. Hoc enim ſatis conſtat, atque apparet, linguam Graecam ipſam eſſe arcto neceſſitudinis vinculo cum Hebraica lingua copulatam, quae poſita ſit, non tam in origine ſingulorum verborum, quam

in

in eorum vſu, maximeque in ipſa orationis ſtructura. vid. Pauli Mariae Ogerii libellus de Graecae, et Latinae, cum Hebraica affinitate, qui Venetiis A. C. 1768. octonis editus eſt.

Reſtat, vt de ſententia Buhierii, quam in diſſertatione de priſcis Graecorum, ac Latinorum, literis ſupra a nobis laudata propoſuit, pauca dicantur. Putabat enim vir clariſſimus, Cadmeas literas non fuiſſe diuerſas a literis Pelaſgorum a Phoenicibus oriundorum, quae literae poſt eorum e Graecia in Latium commigrationem apud Atticos remanſiſſent [ſ. 13. — 42.]: alphabetum vero ipſum ſedecim conſtitiſſe literis his, Α Β Γ Δ Ε Η Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ [ſ. 43.]; quibus Cadmus nomina impoſuiſſet, figuris earum paululum immutatis [ſ. 59.], adiectiſque tribus aliis literis, Ζ Θ Ξ [ſ. 52.], atque totidem ἐπισήμοις, Βαῦ, Σάνπι, Κόππα, hoc eſt, literis, quae non adhiberentur in ſcribendis verbis, ſed eſſent tantum notae arithmeticae, id eſt, indices numeri ſenarii, nonagenarii, et noningenarii, quo Graecum alphabetum eſſet numero literarum alphabeto Phoenicio par [ſ. 54. ſ.]: tandem a grammaticis, neſcio quibus, literis illis vndeviginti additas eſſe literas alias quinque, ita, vt alphabetum Graecum literis quatuor, et viginti, contineretur [ſ. 68.]. Et de tribus quidem illis ἐπισήμοις diligenter expoſuit, poſt Scaligerum in animaduerſſ. ad Euſeb. Chron. p. 112. 115. ſ., ipſe Buhierius ſ. 56.: etiam vir doctus ille, cuius obſeruatio de notis Graecorum numeralibus legitur inſerta obſeruatt. ſelectarum Halenſium Tomo ſexto p. 25. — 34., cui praemiſſa eſt obſeruatio de ordine alphabeti literarum p. 15. — 24.: ſed de primo iſtorum ἐπισήμων peculiarem libellum Nigrinus edidit Palaeocomi A. C. 1724. quaternis, et de ſecundo, atque tertio, legi, ſi placet, poſſunt Salmaſius Plinn. exercitatt. p. 626. ſ., et Neocorus ad Ariſtoph. ſchol. Nubb. 23. p. 51. Caeterum

quo



| Phœniciæ literæ. | Græcæ literæ recentiorum et Ionum veterum. | |
|---|---|---|
| אַלְפָא. | 𝒜 A Λ. | ἄλφα. |
| בֵּיתָא. | B. | βῆτα. |
| גַּמְלָא. | Γ ⅃ | γάμμα. |
| דָּלְתָא. | D Δ. | δέλτα. |
| הֵי. | E є. | εἶ |
| וו. | ϛ F C. | ἐπίσημον βαῦ. |
| זֵיתָא. | Z. | ζῆτα. |
| חֵיתָא. | H. | ἦτα. |
| טֵיתָא. | Θ ⊗ ⊟ | θῆτα. |
| יוּטָא. | I. | ἰῶτα. |
| כַּפָּא. | K. | κάππα. |
| לָמְדָא. | ʌ L. | λάμβδα. |
| מֵי. | 𝓜 M μ. | μῦ. |
| נוּן. | N N. | νῦ. |
| סָמְכָא. | Ξ ξ | ξῖ. |
| עֵאי. | O □. | οὖ. |
| פֵּי. | Γ Π. | πῖ. |
| צָדֵי. | ϡ Λ. | ἐπίσημον σάνπι. |
| קוּפָא. | ϙ ϙ. | ἐπίσημον κόππα. |
| רֵאי. | R P. | ῥῶ. |
| שִׁין. | S Ϟ Σ C Ͼ. | σάν. σῖγμα. |
| תֵּי. | T. | ταῦ. |
| | Y V Ψ | ὖ. |
| | Φ ф ϕ φ. | φῖ. |
| | X +. | χῖ. |
| | Ψ. | ψῖ. |
| | Ω ω ω ⩍ ω. | ὦ. |

EX MONTEFALCONII PALAEOGR. GR. P. CXXII.



EX. BUXTERII. DE. PRISCIS. GRAECC. AC. LATT. LITERIS. DISSERTAT. P. DLXVIII.

| SAMARITAN. ALPH. quod Phœnic. eſſe creditur. | | ALPHABETUM CADMEUM. |
|---|---|---|
| 1. | Alaph. | Α. Ἄλφα. |
| 2. | Beth. | Β. Βῆτα. |
| 3. | Gamal. | Γ. Γάμμα. |
| 4. | Daleth. | Δ. Δέλτα. |
| 5. | He. | Ε. Εἶ. |
| 6. | wau. | Ϛ. ς. Ἐπίσημον Βαῦ. |
| 7. | Zain. | Ζ. Ζῆτα. |
| 8. | cheth. | Η. Ἦτα. |
| 9. | Teth | Θ. Θῆτα. |
| 10. | Jud. | Ι. Ἰῶτα. |
| 11. | Caph. | Κ. Κάππα. |
| 12. | Lamad. | Λ. Λάμβδα. |
| 13. | Mim. | Μ. Μῦ. |
| 14. | Nun. | Ν. Νῦ. |
| 15. | Semchat. | Ξ. Ξῖ. |
| 16. | Ain. | Ο. Οὖ. |
| 17. | Pe. | Π. Πῖ. |
| 18. | Tzade. | ϡ Ἐπίσημον Σανπῖ. |
| 19. | Kuph. | ϙ. Ϟ. Ἐπίσημον Κόππα. |
| 20. | Risch. | Ρ. Ῥῶ. |
| 21. | Schin. | Σ. Σῖγμα. |
| 22. | Taw | Τ. Ταῦ |

quo prius, et facilius, cognoſci ab adoleſcentibus liberalis doctrinae ſtudioſis poſſent ea, quae hactenus de initiis, atque incrementis variis, alphabeti Graecorum dicta ſunt: viſum eſt ſpecies alphabeti Phoenicii, et Cadmei, et Ionici, tabulis aeneis expreſſas e libris Scaligeri, et Montefalconii, et Buhierii, proponi iubere. Conf. Spanhemius diſſert. 2. de praeſtantia, et vſu, numiſmatum p. 80. 82. To. 1.

*Primus autem has figuras — apud Samios*] Haec Ioh. Tzetzae, quem eſſe ſcriptorem fere futilem, ſed ſaepe tamen vtilem, Salmaſius in notis ad inſcript. Herodis p. 229. recte iudicauit, auctoritate confirmantur, quippe ita canentis [Chill. 12, 61. ſſ.]: Τὰ δὲ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα, καὶ ϛοιχεῖα, Ὁμοῦ συνηνωμένως τε, καὶ ἓν σῶμα φανέντα, Παρὰ Σαμίοις εὕρηκα πρῶτος [l. πρῶτον] ἀναγνωσθῆναι Διὰ γραμματικοῦ τινος, τὴν κλῆσιν Καλλιϛράτου. Τῶν συγγραμμάτων πρῶτον μὲν ἐχόντων ἕξ, καὶ δέκα, Εἶτα ἐννεακαίδεκα τὰ σύμπαντα ϛοιχεῖα, Καὶ καθεξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιτεσσάρων. Nam quae Tzetzes de Calliſtrato, grammatico Samio, alphabeti Graeci quatuor, et viginti, literarum auctore, tradit, ea nituntur fide Andronis in Tripode, quem eam in rem laudauit Suidas v. Σαμίων ὁ δῆμος, cuius Lexicographi verba Apoſtolius in corpus Paroemiarum cent. 17, 25. tranſtulit. Vt igitur hoc alphabetum propterea *Ionicum* dictum eſt, quia Samus fuit colonia Ionum: vid. Salmaſius d. l. p. 227. ſ.: ita ipſa eius inuentio in tempora belli Peloponneſii, anno quarto Olymp. 93. finiti, incidit, Ephoro hiſtorico auctore apud ſcholiaſten Homeri Venetum cod. 453. ad Iliad. ή, 185. Verba ſcholiaſtae haec ſunt: Οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες· διάφορα δὲ καὶ τὰ τῶν ϛοιχείων ὀνόματα. Καλλίϛρατος δὲ ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν Γραμματικὴν, καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὥς φησιν Ἔφορος. Atque

Atque haec ipſa verba leguntur in ſcholiis cod. Voſſiani, qui nunc in biblioth. Academ. Leid. eſt, edita inde a Spanhemio de praeſtantia, et vſu, numiſmatum diſſert. 2. p. 85. To. 1. Lond., atque repetita a Villoiſonio Anecdd. Grr. p. 122. To. 2. Sed in cod. Voſſ. pro παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι perperam ſcriptum eſt περὶ πάριν τ. Ε. Caeterum conſuli etiam hac de re Ioh. Reinoldii hiſtoria Graecarum, et Latinarum, literarum, poteſt, quae Etonae exiit A. C. 1752. 8. Et quum Graeci Homeri, Heſiodique, ſaeculo, et Athenienſes temporibus Aeſchyli, Sophocliſque, et Euripidis, habuerint tantum ſedecim, vigintiue, literas: ſane in promtu eſt, eam carminum, fabularumque, illorum ſcripturam, qua nunc vtimur, grammaticorum poſteriorum aetatum manibus deberi. Conf. Lennepius praelectt. acadd. de analogia L. Gr. p. 32. ſſ.

Ad p. 2. *Nomen — Figura — Poteſtas*] Scripſerat, praeter plures alios, περὶ ϛοιχείων Apollonius Alexandrinus, cognomine Dyſcolus: vid. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς, et ex eo Eudocia Ion. p. 63.: ſed hic libellus vna cum multis aliis huiuſmodi eiuſdem grammatici opuſculis interiit. Nam literae a Graecis, non modo γράμματα dicuntur [Plato Cratyl. 13. 36. 40. 41.], quatenus ſcribuntur, ſed etiam ϛοιχεῖα [Plato dd. ll.], vel ϛοιχεῖα γραμμάτων [Aeneas Poliorc. 31. p. 364. To. 3. Polyb. Lipſ.], quoniam ſunt elementa, id eſt, partes ſimplices, atque indiuiduae, ſyllabarum, et orationis partium. Ariſtoteles A. P. 20. p. 22. To. 4. Duual.: Στοιχεῖον μὲν ἐν ἐϛι φωνὴ ἀδιαίρετος· ἐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἐξ ἧς πέφυκε συνετὴ γίνεσθαι φωνή. Dionyſius Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. c. 14. p. 90. Vpton.: Ἀρχαὶ μὲν ἐν εἰσι τῆς ἀνθρωπίνης, καὶ ἐνάρθρε, φωνῆς, αἱ μηκέτι δεχόμεναι διαίρεσιν, ἃς καλεμεν ϛοιχεῖα, καὶ γράμματα· γράμματα μὲν, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται· [vnde vocantur etiam σήματα a Sexto Empir. contra mathe-

mathemm. 1, 2. p. 227. Fabric.] ϛοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τέτων λαμβάνει πρῶτον [Vptonus coni. πρώτην], καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. Phauorinus v. ἄφωνα ἐννέα, neſciebam vnde: Παρατηρητέον, ὅτι τὰ αὐτὰ, καὶ ϛοιχεῖα, καὶ γράμματα, καλεῦνται· ὅτε μὲν γράφονται, γράμματα καλεῦνται· ὅτε δὲ ἀναγινώσκονται, λέγονται ϛοιχεῖα. Priſcianus in de Accentibus p. 832. Baſ. *Quid eſt enim aliud elementum, quam pars minima partium vocis articulatae? Illud vero, quod remanet, nota, vel figura, elementi eſt. Diſtat autem illud inter literas, et elementa, quod elementa proprie ipſae pronunciationes dicuntur, notae autem earum literae: ſed abuſive, et elementa pro literis, et literae pro elementis, ponuntur.* Accidit autem literis, etiam Priſciano 1. p. 4. auctore, *nomen, figura, poteſtas.* Quo quidem in genere Graeci grammatici vſi ſunt nominibus ὄνομα, σχῆμα, ſiue χαρακτὴρ, ſiue τύπος, δύναμις, quae proprie ϛοιχεῖον dicitur. vid. Diogen. Laërt. 7, 56. Dionyſ. Halic. d. l. c. 25. p. 246. Vpton. Sextus Empir. contra mathematt. 1, 5. p. 237. ſ. Polyb. 10, 44. Plato Cratyl. 13. 38. Ab Quinctiliano 1, 7. 11. hoc in genere vſurpata leguntur nomina *forma,* et *vis.*

Et nomina quidem literarum etiam apud Graecos, et indeclinabilia ſunt, ſeu monoptota [v. Priſc. 5. p. 122. 151. ſ.], et neutralia, ſiue neutra [v. Priſcian. d. l. p. 122.], quum nomen ϛοιχεῖον, vel γράμμα, omitti intellegatur: certe apud Platonem Cratyl. 38. legitur, τὸ δ' αὖ ῥ τὸ ϛοιχεῖον· et Achaeus tragicus in Omphala ſcripſit, Τὸ γράμμα φαίνων δέλτ', ἰῶτα, apud Athenaeum 11, 4. p. 466. F. Sic τὸ Ἄλφα Aeneas Poliorc. 31. p. 463. To. 3.: τὸ Βῆτα Plato Cratyl. 13.: τὸ Δέλτα — Νῦ ἀντὶ τῦ Δέλτα, et Δέλτα ἀντὶ τῦ Νῦ, Plato ibid. 30.: τῷ Ἰῶτα, καὶ τῷ Δέλτα, Plato ibid. 31.: Θῆτα — τὸ Δέλτα Zoſim. 4, 13. 5.: quae litera Δ ab Ammiano Marcel.

22,

22, 15. *triquetra litera* vocatur: *Graecae literae imaginem, quae* Delta *dicitur*, Pompon. Mela 2, 7.: Δέλτα ἀντὶ τȣ̃ Ζῆτα, Plato Cratyl. 31.: ἀντὶ — τȣ̃ Ἰῶτα — Ἦτα — ἀντὶ Δέλτα Ζῆτα — τὸ Ἰῶτα Plato ibid. 31.: τȣ̃ Νῦ, καὶ τȣ̃ Ἦτα, Plato ibid. 28.: τὸ Ῥῶ ibid. 28.: τὸ Ταῦ Plato Phaedr. p. 316. To. 10. Bipont.: τὸ Ψῖ Plato Cratyl. 34. Litera γ̄ ab Ionibus dicta eſt γέμμα, et litera μ̄ a Democrito μῶ [vid. Lex. rhetor. apud Euſtath. ad Il. γ′ p. 320. 12.], vt litera ε̄ ab Graecis veteribus appellata eſt, et ſcripta, ει, et literam ο̄ iidem vocauere, et ſcripſere, ου· vid. Euſtathius ad Hom. Il. ε′ p. 511. 5. ο′ p. 1001. 19. Rom. Muretus lectt. varr. 18, 1. et Salmaſius in notis ad inſcript. Herod. p. 40. Vnde in codice Palatino apud Zoſimum 4, 13. 5. pro ε̄ ſcriptum extitiſſe ει, et ου pro ο̄, Sylburgius in notis ad illum locum animaduertit. Sed eadem litera ε̄ dicitur ε̄ ψιλὸν, hoc eſt, *tenue, exile, breue*, *ſimplex*, ratione elementi η̄, quod eſt quaſi ε̄ compoſitum, et longum, et craſſum: vid. Plato Cratyl. 26. et Sextus Empir. contra mathemm. 1, 5. p. 241.: vel ratione literae ῑ, quam adiunctam ſibi apud veteres habuiſſe vidimus: et elementum ῡ appellatur ῡ ψιλὸν, ratione ῡ contracti, et longi, vt in nomine βότρυς pro βότρυες, aliiſque eiuſmodi vocabulis: vel quia additam ſibi in multis nominibus, vt υἱὸς, aliiſque, literam ῑ oſtentat. Nomina literae quintae decimae, et vltimae, ο̄ μικρὸν, et ω̄ μέγα, leguntur apud Platonem Cratyl. 41. Nam elementum ο̄, quo Graeci, hoc eſt, Attici veteres, pro diphthongo ου, vel potius pro ow [v. Daueſius miſcell. critt. c. 4.], vſi ſunt: vt Iones diphthongo ου pro litera ο̄· vid. Athenaeus 11, 5. p. 466. ſ.: Salmaſius in notis ad inſcript. Herodis p. 39. ſſ.: Neocorus ad Suidan p. 606. To. 3., et Quinctil. 1, 7. 11.: breue eſt, atque ſimplex, ſed elementum ω̄ compoſitum, et longum. Sed haec duo elementa non minus, quam elemen-

elementa ε̄, et ῡ, ipſa carere nominibus, etiam e Platonis Cratyl. 13. cognoſcitur. Denique literam σ̄ a Doribus dictam eſſe Σὰν, auctor eſt Herodotus 1, 139. coll. Athen. 11, 5. p. 467. A: et literam κ̄, et κάππα, et κόππα, appellatam eſſe, Euſtathium ad Il. κ' p. 785. 28. non omnino recte animaduertiſſe, e ſupra dictis conſtare poteſt.

Cognitio autem variorum generum ſcripturae Graecae cuiuſque aetatis comparari debet adeundis, inſpiciendiſque, cum numis, et titulis, tum codicibus, antiquis omnium ſaeculorum. Itaque conſuli diligenter oportet eorum libros, qui, vel numorum antiquorum formas laminis aeneis expreſſas illuſtrarunt, vt Spanhemius, Begerus, Hauercampius, aliique propemodum innumerabiles, vel titulos veteres, quorum antiquiſſimi laudantur a Villoiſonio Anecdd. Grr. p. 169. To. 2., eiuſdem generis tabulis deſcriptos, explicarunt, vt Chiſhullius Sigeum, atque alii bene multi complures alios: quorum auctoritatem ſequutus Murrius V. C. edidit Noribergae A. C. 1792. ſpecimina antiquiſſima ſcripturae Graecae tenuioris, ſiue curſiuae [vid. Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 145. ſſ. To. 2.], ante imperatoris Titi Veſpaſiani tempora, ex inſcriptionibus extemporalibus claſſiariorum Pompeianorum, explicatione eorum adiuncta. Et quamquam codices Graeci, tribus primis a nato Chriſto ſaeculis ſcripti, omnes interiiſſe videntur, ita, vt etiam eorum, quos ſex inſequuta ſaecula viderunt, numerus admodum paruus ad noſtram peruenerit aetatem: tamen bibliothecae nunc in primis publicae in omnibus fere terris refertae ſunt codicibus inde a decimo ſaeculo vſque ad quintum decimum deſcriptis. Ex his codicibus non minus, quam e titulis nonnullis, ſpecimina variarum ſcripturae formarum propoſuit in libro ſecundo, tertio, et quarto, Palaeographiae Graecae Montefalconius, et ex iis diuerſas alphabeti Graeci per varias

 aetates

aetates figuras in vnam tabulam coactas exhibuit 4, 10. p. 336., ita, vt, poſt Scaligerum in animaduerſionibus ad Euſebii Chron. p. 111. — 122., praeclaras obſeruationes de ſingulis literis, earumque formis, 2, 3. 4. 6. 7. in medium protulerit. Qua quidem viri ſummi diligentia, cuius veſtigia quaedam etiam in catalogo bibliothecae Coiſlinianae p. 3. 243. 262., et in diario Italico p. 409., extant, excitati alii doctiſſimi homines noſtrae quoque aetatis, qui, vel ſcriptorum Graecorum libros ediderunt, vel indices codicum Graecorum, qui in bibliothecis publicis ſunt, confecere, vel de vno eorum, pluribuſue, ſeparatim expoſuerunt, in his libris ſuis exempla ſcripturae ex iis, quos inſpexiſſent, codicibus laminis aeneis deſcripta attulerunt, vt Villoiſonius in Apollonii Sophiſtae Lexico Homerico, Matthaeius V. C in euangeliis, Apoſtolorumque epiſtolis, et Plutarchi opuſculo περὶ δυσωπίας, Bandinius in catalogo codicum Graecorum bibliothecae Laurentianae p. 82. 164. 320. 388. 466. 516. To. 1. et in fine To. 2., auctor catalogi codicum Graecorum bibliothecae Venetae S. Marci, poſt praefationem, p. 1. — 20., Treſchouius in deſcriptione codicum aliquot Graecorum N. T., qui ſunt in bibliotheca Vindobonenſi publica, Hafniae A. C. 1773. octonis emiſſa, et complures alii, in his Reiſquius, qui ſpeciem ſcripturae codicis orationum Aeſchinearum Helmopolitani exhibuit p. 380. To. 1., atque noſmet ipſi, qui vulgauimus exemplum ſcripturae, et codicis Tubingenſis aliquot dialogorum Platonis poſt praefationem tertiam ad Euthyphronem, alioſque tres dialogos, p. 22., et codicis Lipſienſis particulae cuiuſdam verſionis ſeptuagintauiralis librorum Moſis in libello de verſſ. Grr. V. T. linguae Hebr. magiſtris p. 50. Sed haec multorum virorum doctorum in ſtudioſos Graecarum literarum merita longiſſime ſuperarunt Kiplingius, et Voidius, et Spaletius, quorum hic Romae

A. C.

A. C. 1781. Anacreontis odaria e codice Vaticano, ille codicem N. T. Alexandrinum Londinii A. C. 1786., iſte codicem Bezae eorundem librorum Cantabrigienſem ſeptem annis poſt Cantabrigiae, in tabulis aeneis inciſum integrum edidit. Omnino conferri de hoc ſcripturae Graecae variae loco vtiliter poſſunt duo opuſcula, lingua Angloſaxonica compoſita, quorum vnum inſcribitur, *The Origin, and Progreſſ, of writing, by C. Th. Aſtle*, Londinii A. C. 1784. 4., alterius index eſt, *An analytical Eſſay on the Greek Alphabet, by Richard Payne Knight*, Londinii A. C. 1791. 4.: vtrumque additas ſibi habet tabulas aeneas bene multas, quibus varia Graecarum literarum ſpecimina exhibentur. Et in catalogo MSS. biblioth. regiae, a Dau. Caſleuio edito, extant, praeter ſpecimen ſcripturae cod. Alex. N. T. ex 1 Ioh. 5, 1. — 9., repetitum inde in Actis eruditt. Lipſienſibus A. C. 1737. p. 297., centum, et quinquaginta, ſpecimina alia diverſarum formarum literarum, quibus codices antiqui ſcripti ſunt.

Denique de vi, et poteſtate, literarum Graecarum multa diligenter diſputata leguntur, cum in altera maxime parte dialogi Platonis, qui inſcribitur Cratylus, tum apud Dionyſium Halic. in opuſculo περὶ συνθέσεως ὀνομάτων c. 14., et Sextum Empiricum contra mathemm. 1, 5. Sed duobus ſuperioribus ſaeculis multo copioſius hunc de ratione pronuntiationis Graecarum literarum locum perſequutus eſt multorum eruditiſſimorum hominum ſtylus, ita, vt etiam peculiares de eo conſcripſerint libellos, velut Eraſmus, Theodorus Beza, Iac. Ceratinus, Ioh. Checus, Gregorius Martinius, Adolphus Mekercus, Henr. Stephanus, Thomas Smithius, Eraſmus Smidius: quorum opuſcula in duo volumina collecta Hauercampius, adiecta de veteri, et varia, literarum apud Graecos ſcriptura, et vſu, diſſertatione propria, exire iuſſit Leidae

A. C. 1736. et A. C. 1740. octonis. id quod facere ante eum conſtituerat Tho. Crenius. vid. notae eius ad Caninii Helleniſmum p. 130. Neque vero neglegi ab adoleſcentibus huius generis rerum cupidis debent Ioh. Rud. Vetſtenii nouem orationes pro vera, et genuina, linguae Graecae pronuntiatione, Baſileae A. C. 1686. octonis editae, et Mirtiſbi Sarpedoni, paſtoris Arcadis, de vera Atticorum pronuntiatione ad Graecos intra vrbem diſſertatio, Romae A. C. 1751. quaternis emiſſa: quo ipſo anno in eadem vrbe exiit Thomae Staniſlai Velaſti diſſertatio de literarum Graecarum pronuntiatione, annis vndeuiginti poſt Pragae repetita: quorum libellorum numerus augeri poteſt Gregorii Placentinii libello de recta Graeci ſermonis pronuntiatione, qui vna cum epitoma Palaeographiae Graecae vulgatus eſt Romae A. C. 1735. et A. C. 1751., Sam. Scuncii diſputatione de pronuntiatione linguae Graecae, Vpſalae A. C. 1672. propoſita, Georgii Guil. Kirchmaieri diſſertatione de germana pronuntiatione Graecae linguae vocalium, et diphthongorum, Leucoreae A. C. 1706. quaternis edita, et proluſionibus Lindneri, atque Fabri, de vera vocalium Graecae linguae pronuntiatione, atque eiuſdem ſine accentibus modulatione, et de modo, quo Graeca in ſcholis pronuntiari placeat: quarum haec Onoldi A. C. 1781., illa Arnopoli ſeptem annis ante, eſt euulgata. Nam Iſaaci Voſſii diſſertatio de literis, et vera pronuntiatione, linguae Graecae nunquam, quod ſciam, exiit. vid. Voſſius in notis ad Pompon. Mel. 1, 12. 3. p. 376. Gron. pr. Et vt de diphthongorum natura, et ſono, diligenter quaeſiuit Gataquerus, qui eius libellus ſubiectus extat exemplo librorum Antonini philoſophi Traiectino p. 4. — 23.: ita ſingulari diſſertatiuncula de pronuntiatione vocalis ἦτα a Dancillonio conſcripta Pezoldius ditauit Miſcellaneorum Lipſienſium Tomum octauum p. 57. — 81. Alii enim rationem

tionem pronuntiandi literas Graecas, maximeque vocales, et diphthongos, Eraſmiam, vt Mekercus, et Stephanus, etiam Rhodomanus ad Q. Calabri Paralipomm. 6, 246., et Andreas Heluigius, cuius ſyntagma de natiua Graeci ſermonis pronuntiatione adiectum eſt eius Etymologiis, ſiue originibus, dictionum Germanicarum [Francof. A. C. 1611. 8.] p. 319. — 337.; alii Capnioniam rationem, vt Eraſmus Smidius, et Velaſtus, etiam Ioh. Hartungius locc. memorabb. 3, 6. 8. p. 44. ſ. Oporin., atque Achilles Statius obſervatt. c. 24., omnibus modis tueri conati ſunt. Etenim quum Capnio vulgarem Graecarum vocalium pronuntiationem Melanthoni, et Croco, tradidiſſet, et a Croco eandem accepiſſet Camerarius: mirandum ſane non eſt, eam inde ab illis temporibus vſque ad noſtram aetatem peruagatam eſſe ſcholas Germaniae propemodum omnes. Nos quidem Eraſmiam vocalium pronuntiationem in dictando maxime, et docendo, praeferendam eſſe Capnioniae cenſemus, ne ſcilicet literae ε̄, η̄, ῑ, ῡ, vt diphthongi $\overline{\alpha\iota}$, $\overline{\epsilon\iota}$, $\overline{o\iota}$, in audiendo, et ſcribendo, inter ſe permutentur. id quod a recentioribus librariis inde a nono maxime ſaeculo quam ſaepiſſime factum eſſe nouimus. vid. Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 127. To. 2. et Scherpezelius in notis ad Moſchopuli ſcholia ad Iliad. ά, 125. p. 34. Sed ea ipſa ex re intellegi ſatis poſſe arbitramur, Capnioniam pronuntiationem deberi recentioribus Graecis: vid. Sextus Empir. contra mathematt. 1, 5. p. 241. et ibi Fabricius, atque Schouius ad chart. papyr. Borgian. p. 56.; Eraſmiam vero a Graecis veteribus eſſe profectam. vid. Thuc. 2, 54. Plato Cratyl. 19. 26. 31. 38. Quinctil. 1, 7. 18. Varro R. R. 2, 1. 7. Nam etiam Graeci ſcriptores antiqui vocalem longam Latinorum *e* vocali η̄ ſuae linguae expreſſerunt: vt Plutarchus V. Romul. c. 21. p. 69. To. 1. Tub. *τὸ μὲν γὰρ ,ςέρεσθαι κάρηρε — ὀνομάζουσι·* et Latini

 ean-

eandem Graecorum vocalem eidem ſui ſermonis vocali reſpondere iuſſerunt: vt Plinius H. N. 35, 40. Hard. 23. *hemereſios:* 35, 51. *hedyoſmi:* 36, 23. *buleuterion:* 36, 25. *ſideritin.* add. Ramireſius Pentecont. c. 34. Et quis neſcit, ipſam diphthongorum naturam eſſe in eo poſitam, vt binos phthongos, hoc eſt, voces, comprehendant? vid. Priſcian. 1. p. 30. Baſil. Neque tamen ignoro, Salmaſium putaſſe, veteres ῆ, et ει̅ diphthongum, vt ἰῶτα, pronuntiaſſe. v. notae eius ad inſcript. Herodis p. 16. Caeterum de tota iſta de literarum linguae Graecae pronuntiatione controuerſia Stephanus Paralipomm. Gramm. L. Gr. p. 1. ſ. ſententiam, veriſſimam ſane, tulit hanc, *Haec — eiuſmodi eſt, vt nec componi queat, — et componi ſi poſſet, magis, quum aliquando tandem ex tali nos labyrintho extricaſſemus, curioſitati noſtrae ſatis fieret, quam via ad maiorem Graecae linguae cognitionem pateſieret.*

Sed de modis quoque ſcribendi Graecorum veterum variis exponendum breuiter eſſe videtur. Quum igitur ſuas illi literas a Phoenicibus acceperint: valde credibile eſt, eos initio, e populorum orientis more, a dextra ad ſiniſtram ſcripſiſſe. Certe hunc ſcribendi morem apud Graecos belli Troiani temporibus adhuc viguiſſe, ex inſigni quodam Pauſaniae loco [5, 25. p. 444. Kuhn.] plane cognoſcitur, ita, vt numi quoque antiqui memoriam eius ſcripturae conſeruarint, quorum nonnullorum ſpecies exhibentur ab Hauercampio in diſſertatione ſupra laudata de veteri literarum apud Graecos ſcriptura p. 185. coll. Spanhemii diſſert. 2. de praeſtantia, et vſu, numiſmm. p. 110. To. 1. Poſtea vero literas a Graecis interdum, ipſius rei inuitatu, in orbem exaratas eſſe, alius eiuſdem Pauſaniae locus 5, 20. p. 427. docet: et Theodoſius grammaticus in ſcholiis ad Dionyſii Thracis grammaticam auctor eſt, eandem ciuitatem nonnunquam ſcripſiſſe κιονηδὸν, et σπυϱιδὸν, et πλινθηδὸν, hoc eſt, ita,

vt

vt literae, et verſus, referrent formam columellae, vel ſportellae, vel laterculi. vid. Fabricius biblioth. Gr. 1, 27. 3. ſ. Sed ſaepius tamen Graeci ſcripſiſſe βϰστροφηδὸν perhibentur. Nam Solonis quidem leges vtriuſque generis hoc ſcripturae genere exaratas fuiſſe, Euphorio tradidit ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ, auctore Didymo apud Harpocrationem v. ὁ κάτωθεν νόμος, cuius verba Suidas exſcripſit. Ipſa autem huius ſcripturae forma facile cognoſci poteſt, cum e loco gloſſarii Heſychiani hoc, Βϰστροφηδόν· ὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βϰσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις· ἔλεγον δὲ ἐπὶ τϰ̃ γράφειν τρόπῳ τοιϰ́τῳ· tum in primis e Pauſaniae verbis, qui 5, 17. p. 420., Καὶ τὰ μὲν, inquit, ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βϰστροφηδὸν καλϰ̃σιν Ἕλληνες. Τὸ δὲ ἐστι τοιόνδε· ἀπὸ τϰ̃ πέρατος τϰ̃ ἔπϰς ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλϰ δρόμῳ, hoc eſt, *a fine verſus conuertit ſe verſus alter, ſicut in reciproci ſtadii curſu.* nam στάδιον δίαυλον [Pindar. Olympionn. 13, 50.] refertur ad στάδιον εὐθύδρομον [Pindar. ibid. 10, 76.]. Qui quidem grauiſſimi ſcriptoris locus eſt ſane eo maioris faciundus, quo pauciora eius ſcripturae generis monumenta hodie reſtant. Nam, praeter inſcriptionem Sigeam, quam Edmundus Chiſhullius egregie explicatam edidit primum Londinii A. C. 1721., iterum Leidae ſex annis poſt: quam viri eruditiſſimi interpretationem, a Muratorio in nouo theſauro Inſcrr. To. 4. p. 2103. — p. 2117. repetitam, Ric. Bentleius expendit ep. Francogallice ſcripta, et propoſita nuper a Saxio V. C. To. 2. Actorum literariorum ſociet. Rhenotraiectinae n. 1.; aliaſque nonnullas, quae a Bartholomaeo vulgatae, illuſtrataeque, leguntur in Commentarr. Acad. Inſcriptt. Pariſ. To. 23. p. 394. ſſ., alio monumento, quod a Montefalconio acceperat, eiuſmodi ſcriptura inſigni, luculentiſque animadverſionibus a ſe dotato, volumen primum corporis in-

 ſcriptio-

ſcriptionum Muratoriani augeri iuſſit [Prolegomm. p. 35. — 48.] Ioſephus Bimardius: cuius tamen monumenti antiquitatem, et fidem, de qua nec Eduardus Corſinius diſſertt. agoniſticc. 3. p. 53. ſ. Florent., et nott. Graecc. Prolegomm. p. 17., dubitauit, ſuſpectam reddere conatus eſt Maſeius Muſe. Veron. p. 410., et praef. ad theſ. inſcriptt. a Seb. Donato Lucae A. C. 1776. editum To. 1. p. 19., aſſenſorem nactus Villoiſonium Anecdd. Grr. p. 169. To. 2. Nam Bimardius quidem monumentum illud marmoreum ab athleta quodam, qui Nemeae victor citatus fuiſſet, inter Olymp. 70. et 80. poſitum eſſe opinabatur: ſed vt iudices idonei alii de hac controuerſia ſtatuere ipſi poſſent, vtque adoleſcentes liberales ipſius ſcripturae reciprocae rationem facilius cognoſcerent: ſpeciem marmoris iſtius literati radio Bernigerotii noſtri docto in tabula aenea expreſſam eorum oculis ſubiicere placuit. Caeterum genus ſcripturae illud, quod verſus omnes aequalibus ſpatiis diremtos a ſiniſtra ducit ad dextram, et quo omnes nunc Europae ciuitates vtuntur, iam Graecis veteribus ante Homeri aetatem vſitatum fuiſſe conſtat; ſi quidem verum eſt, quod Theodoſius in ſcholiis ad Dionyſii Thracis grammaticam apud Fabricium B. G. 1, 27. 3. tradit, Pronapiden Athenienſem, Homeri praeceptorem: v. Diodor. Sic. 3. p. 201. To. 1. Rhodom.: fuiſſe ſcripturae illius auctorem. Certe Herodotus de Graecis ſuorum temporum memoriae prodidit 2, 36. haec, *Γράμματα γράφουσι — Ἕλληνες μὲν ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα.*

Ad p. 2. *ſcilicet γράμματα*] Aeneas Poliorcet. c. 31. p. 466. To. 3. *τὰ φωνήεντα γράμματα — ἀντὶ τῶν φωνηέντων γραμμάτων.* Sed poteſt etiam nomen *στοιχεῖα* intellegi. Eſt autem *στοιχεῖον*, auctore Ariſtotele de poët. c. 20., *φωνὴ ἀδιαίρετος· οὐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἐξ ἧς πέφυκε συνετὴ γίνεσθαι φωνή.* Sextus

Pl. 1. p: 24.



tus Empir. contra mathemm. 1, 5. p. 238. Εἴκοσι τεσσάρων τοίνυν ςοιχείων ὄντων τῆς ἐγγραμμάτȣ φωνῆς, τȣ́των διττὴν ὑποτίθενται κατὰ τὸ ἀνωτάτω τὴν φύσιν. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φωνάεντα προσαγορεύȣσι, τὰ δὲ σύμφωνα. Philoſtratus Sophiſt. 2, 13. p. 594. Olear. τὰ σύμφωνα τῶν ςοιχείων. Plato autem Cratyl. 13. Ariſtot. H. AA. 4, 9. et Philo de plant. Noae p. 215. D Pariſ. τὰ σύμφωνα etiam τὰ ἄφωνα vocant: vt Apuleius in de mundo p. 66. Elmenh. *vocales literas* appellat *ſonantes, conſonantes*, alias *inſonas*, alias *ſemiſonantes*: et Plutarch. ſympoſſ. 9, 3. p. 737. E To. 2. τὰ — φωνήεντα, inquit, — πρωτεύει τῶν ἀφώνων, καὶ ἡμιφώνων. Poſuerunt enim nomina formarum pro generis vocabulo, vt Plato Cratyl. 36. τὰ φωνήεντα — τά τε ἄφωνα, καὶ ἄφθογγα· nam τὰ ἄφθογγα ſunt hoc loco τὰ ἡμίφωνα· ſed Quinctil. 1, 4. 6. ſimpliciter vocat has, generis vocabulo, *conſonantes*, illas *vocales*.

*Simplicium — ſunt ſeptem*] Sextus Empir. d. l. καὶ φωνάεντα μὲν ἑπτὰ, ᾱ, ε̄, η̄, ῑ, ο̄, ῡ, ω̄. Diogenes Laërt. 7, 56. φωνήεντα δέ ἐςι τῶν ςοιχείων ἑπτὰ, ᾱ, ε̄, η̄, ῑ, ο̄, ῡ, ω̄, Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. c. 14. p. 90. ſ. οἱ δὲ τριχῆ νείμαντες τὰς πρώτας τε, καὶ ςοιχειώδεις, φωνῆς δυνάμεις, φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν, ὅσα καὶ καθ᾽ ἑαυτὰ φωνεῖται, καὶ μεθ᾽ ἑτέρων, καὶ ἔςιν αὐτοτελῆ. — Ἔςι δὲ ταῦτα τὸν ἀριθμὸν ζ΄. Ammian. Marcel. 29, 2. vocat *ſeptem vocales literas*.

H, *et* Ω, — *ſcripſit. ibid.*] Haec verba a Fabricio adiecta eſſe videntur, neque in exemplis Batauis leguntur. Graeci enim veteres ante Simonidis Melici tempora pro η̄ ſcripſere ε̄, vel εε, vel ῑ, vel ει, et pro ω̄ poſuere ο̄, vel οο. vid. Plato Cratyl. 25. 26. 32. 38. ſchol. Eurip. ad Phoeniſſ. 698. Diomedes in ſcholiis ad Dionyſ. Thracem apud Valquenarium varr. lectt. ad Hom. Il. χ΄, 235. p. 53. ſ. Certe huius

ſcripturae veſtigia multa in antiquiſſima quaque inſcriptione, vt Sigea, Amyclaea, aliiſque, comparent: vt δέελον, pro δῆλον, ap. Hom. Il. κ', 466. vid. Sponius miſcell. erud. antiquit. p. 317.: Chiſhullius ad inſcr. Sigeam p. 8. ſ. Leid.: Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 124. et Prolegg. ad Iliad. Hom. Venet. p. 4. ſſ.: Caſaubonus ad inſcr. Herod. p. 348. 354. Cren. et Salmaſius in notis ad eandem inſcr. p. 16. Nam eorum ſententia, qui literam H ante Simoniden aſpirationis tantummodo notam apud Atticos fuiſſe aiunt: Athen. 9, 12. p. 398. A, εἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ η στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν, et Priſcian. 1. p. 28. H *literam non eſſe oſtendimus, ſed notam aſpirationis, quam Graecorum antiquiſſimi ſimiliter, vt Latini, in verſu ſcribebant:* ſed ab eo in ipſarum literarum numerum relatam eſſe, praeſtare aliorum opinioni videtur, qui hunc poëtam fuiſſe ipſum eius literae inuentorem docent. vid. Scaliger animaduerſſ. ad chron. Euſebii p. 113.: Voſſius Ariſtarch. 1, 16. et Salmaſius in notis ad inſcr. Herod. p. 42. ſ. 224.

*dicuntur alias diphthongi*] Priſcian. 1. p. 30. Baſil. de diphthongis Latinorum, *Diphthongi autem dicuntur, quod binos phthongos, hoc eſt, voces, comprehendunt. Nam ſingulae vocales ſuas voces habent.* Quinctil. 1, 7. 14. vocat *geminas vocales.* Haec vero ipſa conuenire etiam in Graecorum diphthongos ex iis, quae ſupra de pronuntiatione earum vetere dicta ſunt, intellegi poteſt.

Ad p. 3. *vel propriae — vel impropriae*] Theodorus Gaza grammat. 1. p. 1. Ἐξ ὧν [τῶν φωνηέντων] δίφθογγοι, κυρίως μὲν, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου· καταχρηστικῶς δὲ, ᾳ, ῃ, ῳ, υι.

*quod in maiuſculis literis* etc.] Haec verba in primis libelli exemplaribus deſunt. Nam Graeci veteres hoc iota in titulis, librisque calamo exaratis, alias plane non indicare, alias literae, cui id ſubſcribi oporteret, ad-

adiungere, conſueuerant. vid. Quinctil. 1, 7, 17. et Monteſalconius Palaeogr. Gr. 1, 4. p. 33. Et prioris quidem rationis exempla habeas pauca haec: H, pro HI, apud Mabillonium in libris de re diplom. p. 347.: ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ, ΑΡΧΙΥΠΕΡΕΤΗ, ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΗ, apud Sponium miſcell. erud. antiquit. p. 329. 22.: ΑϹΚΛΗΠΙΟΔΟΤΗ ϹΤΡΑΤΟΝΙΚΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΑΝΔΡΙ, apud Gruterum Inſcriptt. p. 758. 6.: ΦΙΛΙΩ ΑΝΔΡΙ ΤΟΥΝΟΜΑ ΔΗΜΗΤΡΙΩ — ΕΝ ΚΟΙΝΩ ΤΑΦΩ — ΠΑΡΑΠΕΜΨΗ — ΤΩ ΤΑΜΙΕΙΩ, ibid. p. 760. 6. Conf. Koenius ad Gregor. in de dialectt. p. 285. Poſterioris autem generis rationem, cuius notas etiam numi antiqui exhibent: vid. Hauercampius diſſert. de vet. et varia literr. apud Graecos ſcriptura p. 193. 271.: vel ex inſcriptione Ionica, quae apud Scaligerum animaduerſſ. ad Euſebii chron. p. 110. eſt, facillime cognoſces: vt caeteros iam eiuſmodi titulos, quorum perquam ingens copia in libris Gruteri, Fabretii, Muratorii, Mafeii, aliorumque, extat, et ſcripturam legum Solonis apud Aeſchinem orat. contra Timarch. p. 38. ſſ. To. 1. Reiſq., laudare omittamus. Et qui videre velit, quanta fuerit manuum librariorum cuiuſque ſaeculi in hoc genere ſcripturae, et maiuſculae, et minuſculae, vel conſtantia, vel inconſtantia, ab hoc inſpici ſpecimina eius e variis cuiusque aetatis codicibus a viris eruditiſſimis ſupra laudatis prolata debent. Caeterum huius ſubſcribendi literam ι vocalibus moris antiquitatem, maxime in numis, oppugnare omnibus modis conatus eſt Ioh. Dan. Maior in epiſtola ad Ioh. Hudemanum Kiloniae A. C. 1685. quaternis edita, cuius titulus eſt *de iotorum ſubſcriptione ſuſpecta, eorumque praeſertim ex numis veterum Graece inſcriptis irrefragabili, perpetuoque, exſilio*, et quae ſubiuncta eſt eiuſdem epiſtolae ad Ioh. Dicmanum de numis Graece inſcriptis.

*in longas, breues, et ancipites*] Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. c. 14. p. 92. ſ. Δύο μὲν μακρά, τό, τε η̄, καὶ τὸ ω̄· δύο δὲ βραχέα, τό, τε, ε̄, καὶ τὸ ο̄· τρία δὲ δίχρονα, τό, τε ᾱ, καὶ τὸ ῑ, καὶ τὸ ῡ, ἃ, καὶ ἐκτείνεται, καὶ συςέλλεται· ἃ οἱ μὲν δίχρονα, ὥσπερ ἔφην, οἱ δὲ μεταπτωτικὰ, καλȣ̃σιν. Sextus Empir. contra mathemm. 1, 5. p. 238. Τῶν δὲ φωναέντων τρεῖς ἄγȣσι διαφοράς. Δύο μὲν γὰρ αὐτῶν φύσει μακρὰ λέγȣσι τυγχάνειν τὸ η̄, καὶ τὸ ω̄· ἰσάριθμα δὲ βραχέα, τὸ ε̄, καὶ τὸ ο̄· τρία δὲ κοινὰ, μήκȣς τε, καὶ βραχύτητος, ᾱ, ῑ, ῡ, ἅπερ δίχρονα, καὶ ὑγρὰ, καὶ ἀμφίβολα, καὶ μεταβολικὰ, καλȣ̃σιν. Ἕκαςον γὰρ αὐτῶν πέφυκεν, ὅτε μὲν ἐκτείνεσθαι, ὅτε δὲ συςέλλεσθαι. Vnde *ancipites*, *δίχρονοι*; de quibus ſeparatim ſcripſerat Orus, grammaticus Alexandrinus; v. Suidas v. Ὦρος· etiam *liquidae*, vocantur a Priſciano 1. p. 6. Baſil. Conf. Stephanus Paralipomm. grammatt. p. 48. ſſ. Hae tres vocalium formae a Socrate apud Platon. Cratyl. 36. τῶν φωνηέντων διάφορα εἴδη dicuntur.

*ex compoſitis* — $\overline{\epsilon\iota}$, $\overline{\epsilon\upsilon}$] In editionibus libelli Lipſienſibus primis, etiam Amſtelodamenſibus, et Traiectinis, diphthongi $\overline{\epsilon\iota}$, $\overline{\epsilon\upsilon}$, praetermiſſae ſunt perperam. vid. Stephanus d. l. p. 53. et infra grammat. p. 114.

Ad p. 4. *dialecti proprie numerantur quatuor*] Hunc de Graecorum dialectis locum magno ſtudio, neque mediocri diligentia, pertractarant multi grammatici veteres, ita quidem, vt alii vniuerſe de natura, ingenioque, dialecti quaeſiuerint, alii de ratione quatuor dialectorum principalium expoſuerint, alii de duabus earum, vel vna, maximeque Attica, atque huius gloſſis, ſeparatim ſcripſerint. Quo quidem in numero fuiſſe legimus *Cratetem:* v. Athen. 3, 30. p. 114. A, 6, 6. p. 235. B, 9, 1. p. 366. E, 11, 13. p. 495. A et p. 497. F, 14, 19. p. 653. B: *Parmenonem:* v. Athen.

Athen. 11, 14. p. 500. B: *Dionyſium Iambum:* v. Athen. 7, 7. p. 284. B: *Clidemum:* v. Athen. 14, 23. p. 660. D: *Philemona:* v. Athen. 11, 5. p. 468. F et p. 469. A, 11, 9. p. 483. A, 14, 14. p. 646. B, 14, 18. p. 652. E: *Silenum,* et *Clitarchum:* v. Athen. 11, 5. p. 468. A, 11, 6. p. 473. B, 11, 13. p. 495. F: *Apollodorum,* et *Theodorum:* v. Athen. 14, 14. p. 646. B, et Suidas v. Θεόδωρος Γαδαρεύς· *Tryphonem:* v. Suidas h. v. et Gregor. praefat. ad libellum de dialectis p. 1., a quo etiam *Iohannis Philoponi* opuſculum de dialectis laudatur, quod ad noſtram aetatem peruenit, certe eius particula, edita primum ab Aldo in Hortis Adonidis Venet. A. C. 1496., iterum ab Aſulano ibidem A. C. 1523. f. mai., et ſaepius poſtea ab aliis, cuius verſione Latina, quae iam in exemplo opuſculi Baſileenſi, euulgato anno neſciebam quo; meum enim exemplar caret editionis anno; Graecis verbis adiuncta legitur, appendicem theſauri ſui auxit Henr. Stephanus, ſed multis modis mutata: v. Fabricius B. Gr. 5, 37. 8.: *Philoxenum Alexandrinum:* v. Suidas h. v.: *Irenaeum,* ſiue *Pacatum:* v. Suidas v. Εἰρηναῖος, et Πάκατος· *Telephum:* v. Suidas h. v.: *Dionyſium Halicarnaſſeum:* v. ſchol. Homeri Venet. ad Il. ό, 705.: *Ariſtophanem:* v. Athen. 14, 3. p. 619. B: *Demetrium Ixionem:* v. ſchol. Ariſtoph. ad Auu. p. 427. Baſil.: *Orionem:* v. Suidas h. v.: *Dorotheum:* v. ſchol. Homeri Venet. ad Il. κ΄, 252.: *Iſtrum:* v. Euſtath. ad Odyſſ. ί p. 1627. 15. Rom.: *Aelium Dionyſium:* v. Euſtath. ad Il. β΄ p. 368.: *Nicandrum:* v. Harpocrat. v. βολεῶνες, et ξηραλοιφεῖν· *Epitherſen:* v. Stephanus Byzant. v. Νίκαια· *Longinum Caſſium:* v. Suidas h. v.: *Lupercum Berytium:* v. Suidas h. e.: *Apollonium Dyſcolum Alexandrinum:* v. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς· *Ariſtoclen:* v. Etymol. M. v. κῦμα p. 545. 8. Sylb.: *Aſtyagen:* v. Suidas h. v.: *Leſbonacta:* cuius opuſcu-

opuſculum περὶ σχημάτων a Valquenario editum extat: huius enim grammatici liber, qui inſcribitur ἐθνικαὶ διάλεκτοι, nondum editus latet in bibl. Laurentiana Florentiae: v. Catal. MSS. biblioth. Laurent. To. 2. p. 615. plut. 60. cod. 27. n. 10.: compluresque alios. vid. Fabricius B. G. 4, 34. et Praefatt. Pierſonii, atque Koenii, ad Moeridis λέξεις Ἀττικῶν, et ad Gregorii de dialectis libellum. Horum autem grammaticorum opuſculum nullum ad noſtram peruenit aetatem: quam grauem ſane iacturam vt leuius ferre harum literarum ſtudioſi poſſent, non ſolum ſapiens fortunae liberalitas prouidit, ſed etiam aliorum grammaticorum, qui poſtea floruere, ſalutaris effecit diligentia. Et fortuna quidem nos videre iuſſit alia quaedam huius generis opuſcula, certe nonnullas eorum particulas, aliorum grammaticorum veterum, vt Aelii Herodiani, Phrynichi ſophiſtae, Moeridis, etiam Thomae Magiſtri, et ignominis cuiuſdam, cuius libellus de Atticiſmis nuper a Villoiſonio Anecdott. Graecc. To. 2. p. 79. — 85. editus eſt, in primiſque, praeter libelli Iohannis Philoponi epitomen, vt ſupra oſtendimus, Gregorii, Corinthi metropolitae, qui, vt grammaticus Leidenſis, et Mermanianus, Iohannis Philoponi copiis ſtudioſe vſus eſt, de dialectis opuſculum, quod Giſbertus Koenius Leidae A. C. 1766. octonis denuo vulgauit egregiis notis illuſtratum, auctumque duorum aliorum grammaticorum eiuſdem argumenti libellis, diuerſis ab iis, qui iam Hortis Adonidis p. 235. — 245. inſerti leguntur. Neque tamen neglegi hoc in genere, praeter opuſculi Tryphonis περὶ παθῶν λέξεων particulam, quae in exemplo libri Gregorii de dialectis Baſileenſi ſupra a nobis laudato extat p. 167. — 173., debent praecepta auctoris incerti vitae Homeri, quam Galeus inſeruit opuſculis phyſicis, et ethicis, iterum Amſtelodami A. C. 1688. 8. editis, p. 287. ſſ., et libelli

περὶ τῶν παρὰ Ὁμήρῳ διαλέκτων, qui nuper Plutarcho tribuebatur. Athenaeus vero, Etymologici magni conditor, Heſychius, Suidas, aliique grammatici eiuſdem aetatis, quos vulgo ſcholiaſtas nominant, magnam nobis partem praeceptorum de dialectis, quae libris ſuperiorum grammaticorum continebantur, ſervarunt. Sed horum vtriuſque generis grammaticorum de Graeci ſermonis differentiarum ingenio, atque dotibus, praeceptioni plus tribuendum eſſe, quam grammaticorum recentiorum doctrinae, facile apparet. Antiqui enim grammatici non ſolum tractarant plura cuiuſque dialecti volumina, ſed etiam vſi erant codicibus ſcriptorum Graecorum fideliſſimis, minimeque corruptis, quum manus recentiorum librariorum, quibus debemus ea librorum Graecorum exemplaria, e quibus noſtrae eorum editiones ductae ſunt, formas verborum Atticas, Ionicas, Doricas, Aeolicas, non raro in communes mutarint. Etenim ex quo ſtudia bonarum literarum coeperunt etiam in Europa reſtitui: reperti ſunt aetate quaque, praeter ipſos grammaticos, homines eruditi non pauci, qui hanc doctrinae antiquae partem ſeparatim perſequerentur. Extant autem, praeter Martini Rulandii, Othonis Gualperii [Francof. A. C. 1589. 8.], Eraſmi Schmidii, aliorumque, de dialectis Graecorum libellos, qui a Fabricio B. G. 5, 7. p. 75. To. 7. edit. pr. laudantur, et quorum numerum, edito nuper [Norib. A. C. 1782. 8.] compendio dialectorum Graecarum, auxit Ioh. Frid. Facius V. C., praeclarae diſſertatiunculae de natura, et origine, variorum ſermonis Graeci generum Tho. Burgeſii [in Daueſiii miſcc. critt. denuo editis, atque auctis, Oxonii A. C. 1781. 8.], et Gediccii [promtuarii literr. Berol. A. C. 1782. 8. P. 1. n. 2.], et Koepenii [Anthol. Gr. P. 3. Brunou. A. C. 1787. 8.]: quibus addi poteſt Chriſti. Theophili Nigrini diſſertatio de cauſſis dialectorum, ſpeciatim Graecarum, Leucoreae A. C. 1702. propoſita:

ſita: et Ric. Bentleii diatribae de dialecto Attica, et de recentiore dialecto Attica, p. 326. ſſ. opuſcc. philologg. Lipſ. Sed vt partes dialectorum quatuor principalium varias nemo maiore exemplorum idoneorum copia illuſtrauit, quam Michaël Metarius, cuius liber, qui inſcribitur *linguae Graecae dialecti*, triginta fere annis poſt primam editionem, iterum, hoc eſt, A. C. 1738., Hagaecomitis octonis exiit cura Ioh. Frider. Reitii, auctus Iſaaci Voſſii excerptis ex Apollonii Dyſcoli grammatica [p. 421. — 436]: ita in ipſis earum natalibus inueſtigandis, atque demonſtrandis, Salmaſius doctrina ſua ſuperaſſe ſtudia aliorum omnium ab intellegentiſſimo quoque iudicatur. Is enim quum omnes huius generis copias contuliſſet in commentarium de Helleniſtica, maximeque in partem eius ſecundam, quae exponit de linguae Graecae origine, et dialectis [L. B. A. C. 1643. 8.]: conſilium ſeparatim ſcribendi de dialectis Graecorum abieciſſe videtur. v. Salmaſius ad Vopiſci Carin. 19. p. 845. To. 2. et ad inſcript. Herod. p. 47.

Scilicet vocabulum διάλεκτος in libris veterum triplici praeditum poteſtate legitur. Nam proprie quidem ſignificat τὴν τῆς φωνῆς τῇ γλώττῃ διάρθρωσιν, auctore Ariſtotele H. AA. 4, 9. p. 282. A To. 2. Duual., hoc eſt, *explanationem vocis, quae lingua fit:* quam explanandae, et diſcernendae, vocis vim linguae hominis propriam eſſe apparet: et Plutarchus V. Coriolan. 38. p. 107. To. 2. Tub. ipſam *vocem articulatam* ἔναρθρον φωνὴν, καὶ διάλεκτον, vocat, vt Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. c. 14. p. 90. Vpton. ἀνθρωπίνην, καὶ ἔναρθρον, φωνήν. Deinde declarat hoc nomen ipſam *linguam*, et *loquendi genus*, gentis cuiuſque, quia gentes diſcernuntur inter ſe linguis: vt Polyb. excc. de virtt. p. 145. To. 3. Lipſ. τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτȣ, quae a Platone Cratyl. 25. ἡ Ἑλληνικὴ φωνὴ appellatur: Act. 22, 2. τῇ Ἑβραΐδι

διαλέκτῳ. Denique eodem illo nomine indicatur *ſermo diſcernens inter ſe ciuitates, et populos, eadem lingua loquentes, atque vtentes:* Quinctil. 11, 2. 50. *ſermonis differentiam* nominat, et 12, 10. 35. *linguam differentem.* vid. Salmaſius in de Helleniſt. 2, 8. et nos ad Leuſden. de dialectt. N. T. p. 2. ſ. Lingua autem Hellenica [Herodo. 1, 56.], vel Macedonica vetus, vel κοινὴ [v. grammat. Merman. p. 313. Koen., et Moſchopulus ad Heſiod. Ἔργ. 9.]. hoc eſt, ea, qua vſi ſunt incolae Phthiotidis, omninoque Theſſaliae, etiam Macedoniae: v. ſchol. Homeri Venet. ad Il. ί, 395.: index Graecit. Palaephat. v. Ἕλληνες, et Salmaſius in de Helleniſt. p. 405. ſſ. 438. ſ.: ſcripſerat de ea Trypho: v. Suidas v. Τρύφων· peperit differentias Graeci ſermonis duas, Ionicam, ſiue Atticam [v. Thucyd. 6, 82. 7, 57. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. 423.], et Doricam, ſiue Aeolicam. vid. Strabo 8. p. 333. 14. p. 679. Caſaub. Dionyſ. Halic. de idiomatis Thucyd. p. 146. ſ. To. 2. Lipſ. Ioh. Grammat. p. 67. Euſtath. ad Homer. Il. ά p. 8. Rom. et ad Odyſ. ά p. 1399. 38., etiam ad Dionyſ. Perieg. 423., et Salmaſius in de Helleniſt. 2, 5. Sed quum Iones, Aeoleſque, in Aſiae oram migraſſent [v. Herodo. 1, 142. 145. 149. et Velleius Pat. 1, 4. 3. ſ.], vbi linguae eorum paulatim differre coepiſſent ab Attico, et Dorico, loquendi genere: quatuor extiterunt dialecti, Attica, Ionica, Dorica, cuius loco Boeotiam ponit Heraclides apud Euſtath. ad Il. ί p. 734. 52. Rom., Aeolica: v. Strabo dd. ll. Iamblich. V. Pyth. 34. p. 194. ſ. Neoc. Phrynichus eclogg. p. 156. Pau. et Salmaſius in de Helleniſt. 2, 8.: quae a grammaticis multis ἐθνικαὶ, vel γενικαὶ, dicuntur, vt a dialectis, quas τοπικὰς, vel εἰδικὰς, vocant, diſtinguantur. vid. Plato Cratyl. 3. Continentur autem differentiae harum quatuor linguarum, non ſolum commutatione, et adiectione, vel diminutione, literarum,

et conſonantium, et vocalium, etiam diphthongorum, itemque quantitate ſyllabarum, atque viciſſitudine figurae ſpirituum, ſediſue accentuum, ſed etiam varietate generis, et formae caſuum, temporum, eorumque omnium, quae nominibus, et verbis, caeteriſque orationis partibus, quocunque modo accidunt, non minus, quam nouitate facturae, et vſus, ipſorum vocabulorum. vid. Salmaſius in de Helleniſt. p. 64. ſſ. Ioh. Grammat. p. 69. Baſ. Caeterum Iamblichus V. Pythag. c. 34. p. 195. Neoc. dialectum Doricam ait fuiſſe antiquiſſimam, quam ſequutae ſint Aeolica, Ionica, Attica.

*communis enim non eſt numeranda in dialectis*] Vid. grammat. Leid. p. 312. Haec dialectus vocatur ἡ κοινὴ ab ſchol. Ven. Homer. ad Il. ά, 85., et κοινὴ, atque ἡ κοινὴ διάλεκτος, [v. Euſtath. ad Il. ά p. 22. fin. et p. 23. 8.], annumeraturque quatuor dialectis gentilibus [Theodoret. Θ. IIII. 5. p. 82. Sylb.], a Iohanne Philopono p. 61., Gregorio p. 5., aliiſque, et grammaticis, vt ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 40., et ſchol. Pindari ad Olympionice. 3, 81., et ſcriptoribus, vt Clemente Alex. Stromm. 1. p. 338. B. Quare, et a Quinctiliano 11, 2. 50. *quinque Graeci ſermonis differentiae* laudantur, quas idem rhetor 12, 10. 35. vocat *linguas inter ſe differentes*, et ab Acrone ad Horat. 2. od. 30, 13. *quinque Graecae linguae*, et a Porphyrio de A. AA. 3, 4. p. 105. Cantabr. πέντε διάλεκτοι αἱ παρ᾽ ἀνθρώποις, ita, vt nec Hieronymus quaeſtſt. Hebrr. in Geneſin. f. 93. B To. 4. Baſ. dubitarit ſcribere, *Vnde et quinta lingua Graeciae Aeolis appellatur, quam illi vocant* πέμπτην διάλεκτον. Haec vero lingua communis, quae a Salmaſio etiam Hellenica: vid. Moeris v. γέλοιον, et ſchol. Ariſtoph. ad Rann. 6.: ab aliis Macedonica noua, dicitur, cuius initia incidiſſe putantur in Philippi, et Alexandri Magni, tempora, non ita nominari dialectus poteſt,

vt

vt lingua Atticorum, Ionum, Aeolum, atque Dorienſium. vid. Salmaſ. in de Helleniſt. p. 49. 440. ſſ. Conf. Ioh. Grammat. p. 65. et ex eo grammat. Leidenſis p. 312. Koen. Nam lingua iſta vſi ſunt Graeci tum omnes, et indocti in vita communi, ſermonibuſque cotidianis, et docti etiam in ſcriptis; qui ab ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 673., vt apud Phauorinum v. ὕαλος [conf. Moeris, et Tho. Mag., h. v.], dici videntur οἱ κοινοὶ, vt Suidas v. ἀθάρα rectius legit pro ἡ κοινὴ, cuius tamen in libris verba, Αἰολεῖς ἀθήρας perperam omiſſa ſunt; ita tamen, vt homines omnis generis in Aſiae maxime ciuitatibus nec quatuor illarum dialectorum generalium vſu omnino abſtinuerint. vid. Quinctil. 11, 2. 50. Hanc enim ipſam linguam nouimus alia verba vna cum formis eorum, et ſignificationibus, et ſtructura, habuiſſe communia cum Attica dialecto, atque tribus reliquis, [vid. Quinctil. 8, 3. 59.], alia propria, in his etiam barbara: quorum haec a Moeride κοινὰ, h. e. ἰδιωτικὰ, [vid. Salmaſius in de Helleniſt. p. 55. ſ. et Pierſonius ad Moer. p. 389.], illa Ἑλληνικὰ, dici, certe nonnunquam, videntur. v. Moeris v. ἐξίλλειν, ξυμφώνως, Οἰδίπουν, aliiſque in locis. Conf. Thryllitii diſſert. de dialecto Graecorum communi, et de pronuntiatione ex Aeolica repetenda, Leucoreae A. C. 1709. 4. edita.

*Dorica*] De hac dialecto ſcripſerat Trypho. v. Suidas v. Τρύφων. Vocatur ab antiquis grammaticis, aliiſque ſcriptoribus, fere Δωρικὴ διάλεκτος [Etymol. M. v. Εὔιος p. 391. 13.], vel ἡ Δωρικὴ διάλεκτος [Iambl. V. Pyth. 11. p. 43. 34. p. 195.], vel διάλεκτος Δωρὶς [Ioh. Philopon. in opuſculo de dialectt. loco non vno], ἡ διάλεκτος ἡ Δωρὶς [Pauſan. 4, 27. p. 346.], vel ἡ Δώριος διάλεκτος [Iamblich. d. l. p. 194.]: etiam ſimpliciter ἡ Δωρὶς [Iamblich. d. l.], vel ἡ Δώριος [Sextus Empir. contra mathemm. 1, 3. 87. p. 235.], et Δωρὶς [Porphyr. V. Pyth. p. 49. Neoc.],

vel Δωριέων διάλεκτος [Etymol. M. v. ἐγὼν p. 314. 37.]: ſed a Thucydide 3, 112. dicitur Δωρὶς γλῶσσα, vt ab Euſtathio ad Hom. Odyſ. δ' p. 1511. 14. ἡ Δωρικὴ γλῶσσα, et ad Odyſ. υ' p. 1892. 42. ἡ Δωρικὴ φωνή· et a Pauſania 9, 22. p. 753. ἡ φωνὴ ἡ Δωρίς. Nomen habet a Doribus, qui hac lingua vſi ſunt, ſed ipſi nomen debuere Doro, Hellenis filio. vid. Apollod. biblioth. 1. p. 27. Fab. Iamblich. d. l. p. 195. Quae quidem ciuitas Pelaſga quum incoluiſſet varias Graeciae regiones: vid. Herodo. 1, 56. et Salmaſius in de Helleniſt. p. 277. ſſ.: tandem Peloponneſum occupavit: vid. Herodo. 1, 56. 2, 171. Thuc. 1, 12. 6, 82. Strabo 8. p. 333. Caſaub.: Iſocrat. Panathen. p. 313. ſſ. To. 2. Bat. Plutarch. Lycurg. 11. p. 109. To. 1. Tub. Ageſil. 31. p. 117. To. 4.: atque colonos miſit in Aſiae oram [v. Herodo. 2, 178.], Italiam [v. Athen. 5, 25. p. 182. D], aliaſque orbis terrarum partes. Etſi igitur lingua Dorica ipſa duas tantum formas habuiſſe legitur, ita, vt alia fuerit Δωρὶς παλαιά, alia νέα· vid. ſchol. Theocriti apud Schottum obſeruatt. humann. 2, 50. p. 99. et Koen. ad Gregor. p. 165.: quae in Etymol. M. v. Εὔιος p. 391. 14. Δωρικὴ διάλεκτος μεταγενεστέρα dicitur: tamen permultas ei mutationes a ciuitatibus, et populis, qui ea vſi ſint, accidiſſe, vt a Cretenſibus, Pamphyliis, Eretrienſibus, Oropiis, Rhodiis, Argiuis, Lacedaemoniis, aliiſque, accepimus. vid. Sextus Empir. contra mathemm. 1, 3. 89. p. 235., qui πολλὰς ait eſſe Δωρίδας· Ioh. Grammat. in de diall. p. 67. 87. Baſ. Gregorius in de dialectis p. 135. grammat. Leid. p. 308. grammat. Merman. p. 325. ſchol. Venet. ad Hom. Il. ι, 535. Etym. M. v. Εὔιος p. 391. 16. Vtraque lingua Dorica fuit vaſta, quae loqui iuberet, non preſſe, ſed vaſte, ita, vt facile appareat, cur Zeno quidam ab imperatore Tiberio interrogatus, *quaenam illa tam moleſta dialectos eſſet*, reſponderit, *Doridem*.

vid.

vid. Sueton. Tiber. 56. Nam Demetrius Phaler, περὶ Ἑρμην. ſ. 180., πλατέα, inquit, λαλοῦσι πάντα οἱ Δωριεῖς· et ſchol. Theocriti ad Idyl. 15, 88. οἱ Δωριεῖς πλατυστομοῦσι τὸ ᾱ πλεονάζοντες. vid. Hermogenes formm. orat. 1, 6. p. 283. Laurent. et Koenius ad Gregor. de dialectis p. 152. Sed noua tamen fuit lenior, minuſque vaſta, vetere. Et vetere quidem Dorienſium lingua, quos Gellius 2, 26. *Doricos* vocat, compoſuiſſe dicuntur ſcripta ſua, atque carmina, Epicharmus, et Sophron, noua Theocritus. vid. Athen. 9, 11. p. 394. D: grammat. vet. apud Schottum obſeruatt. humann. 2, 50. p. 99. atque Koen. d. l. p. 165. et Suidas v. Σώφρων. Sed vtriuſque huius dialecti formae ingenium, atque natura, cognoſci poteſt e carminibus, aliiſque libris, et eorum reliquiis, Orphei [v. Iambl. V. Pyth. 34. p. 196.], Pindari [v. Pauſan. 9, 22. p. 753. ſchol. Pind. ad Olympionicc. 3, 81. p. 53. Steph. Euſtath. ad Odyſ. λ′ p. 1702. 4., et epigr. in poëtas lyrr. v. 14. apud Fulu. Vrſinum fragmm. lyricc. p. 62.], Steſichori [v. Suidas h. v.], Simonidis Cei: v. Suidas h. v.: Bacchylidis: v. Ioh. Grammat. de diall. p. 89. Baſil., et Gregorius de diall. p. 170. ſ.: Ibyci: v. Suidas h. v.: Erinnae: v. Suidas h. v.: Timaei Locrenſis, Ocelli Lucani, Archytae, aliorumque Pythagoreorum, quorum librorum particulis multis, ex Eclogis Stobaei maxime collectis, auxit, primo exempla vitarum Diogenis Laërtii ſua Stephanus; quo referri debent verba, *quorum fragmenta apud Laërtium extant*, quae in ipſa grammatica Velleri leguntur; deinde editionem ſuam diſputationum Maximi Tyrii priorem Dan. Heinſius; tandem ſyllogen ſuam vtramque opuſculorum phyſicorum, et ethicorum, Tho. Galeus. Caeterum Meſſenios Dorica dialecto omnium Peloponneſiorum maxime integra vſos eſſe ad ſuam vſque memoriam, teſtis idoneus eſt Pauſanias 4, 27. p. 346. ſ. Kuhn., eademque loquutos

tos eſſe Peloponneſios ſua aetate, oſtendit Euſtathius ad Odyſ. δ' p. 1511. 14. Rom.: ſed Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. ύ p. 1892. 40. auctor eſt, dialectum Atticam veterem multis fuiſſe dialecti Doricae veſtigiis impreſſam. Scripſerat de idiomatis dialecti Atticae, et Doricae, Irenaeus, ſiue Pacatus, grammaticus Alexandrinus. v. Suidas v. Πάκατος· Hemſterhuſius reliquerat ſchediaſma de verborum formis Doricis, et Laconicis, cuius particulam edidit Rhunquenius ep. crit. 2. p. 63. ſ. ed. pr. p. 214. ed. ſec.: et Tryphonis opuſculum περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων, καὶ Σιμωνίδῃ, καὶ Πινδάρῳ, καὶ Ἀλκμᾶνι, καὶ τοῖς ἄλλοις Λυρικοῖς, laudatur a Suida v. Τρύφων.

*Ionica dialectus*] Hanc ſermonis Graeci differentiam grammatici Graeci, aliique ſcriptores antiqui, vocare ſolent Ἰωνικὴν, et Ἰάδα, vel τὴν Ἰάδα, διάλεκτον, vel ſimpliciter τὴν Ἰάδα, aut Ἰάδα, etiam γλῶσσαν Ἰάδα, atque Ἰωνικὴν γλῶσσαν. vid. Laërt. 2, 3. 7, 56.: Strabo 8. p. 333. Caſaub.: Iamblich. V. Pyth. 34. p. 194.: ſchol. min. ad. Il. ά, 399. γ', 206.: Euſtathius ad Il. ϑ' p. 701. 14. Odyſ. μ' p. 1714. 16. Rom. et ad Dionyſ. Perieg. 423.: Ioh. Philoponus in de dialectis p. 61. et p. 81. Baſil. Nomen traxit ab Ionibus, qui fuere Pelaſgi: certe tum, quum eam Peloponneſi regionem tenuere, quae poſtea dicta eſt Achaia, nominati ſunt Πελασγοὶ Αἰγιαλεῖς· vid. Herodo. 7, 94.: ſed quum Athenienſes illuc, Ione, Xuthi filio [Iamblich. V. Pythag. 34. p. 195.], Erechthei, regis, nepote, duce, cuius nomine ipſi iam Ἴωνες dicti eſſent: vid. Herodo. 8, 44. Thucyd. 6, 82. et Stephan. Byzant. v. Ἰωνία· colonos miſiſſent: Pelaſgis illis idem nomen inditum eſt, ita, vt dicerentur Ἴωνες, vel Αἰγιαλεῖς Ἴωνες. Vid. Herodo. 7, 94. Strabo 8. p. 383. Caſaub. Pauſan. 7, 1. Hi ab Achaeis e Peloponneſo, poſt Heraclidarum reditum, expulſi [v. Herodo. 1, 145.] Athenas confugerunt: tandem, auctore Androclo,

clo, Codri, regis, ſilio, in eam Aſiae partem, quae ab iis Ionia dicta eſt, migrarunt, atque ibi duodecim, vel, auctore Ioh. Grammat. p. 67., tredecim, vrbes condiderunt. vid. Herodo. 1, 142. 2, 178. et Pherecydes apud Strabonem 8. p. 333. 14. p. 632. ſ. Thucydides 1, 12. Aelian. V. H. 8, 13. Velleius Paterc. 1, 4. 3. His nouis in ſedibus quum paulatim, vt fit, mutata eſſet forma linguae eorum priſtina, qua in Graecia vſi erant: duplex extitit dialectus Ionica, ἡ ἀρχαία, vel ἡ παλαιὰ, et ἡ νέα, vel ἡ νεωτέρα, Ἰὰς, vel ἡ δευτέρα Ἰὰς, vel ἡ ὕϛερον Ἰωνικὴ γλῶσσα· vid. Ioh. Grammaticus, ſiue Philoponus, in de dialectis p. 85. Baſil., et, qui verba eius ſuum in libellum tranſtulit, Gregorius in de dialectis p. 233.: Euſtathius, a quo ad Odyſ. ί p. 1643. 1. laudantur Ἴωνες οἱ νεώτεροι, ad Odyſ. μ´ p. 1714. 16., et ad Dionyſ. Perieg. 384. ſchol. Apol. Rhod. ad 1, 1081. et Etymol. M. v. ὦλλοι p. 821. 40. Quae quidem linguae veteris mutatio tanta fuit, vt quatuor eius genera numerarentur: Herodotus 1, 142. appellat τρόπȣς τέσσερας παραγωγέων, et grammaticus Leid. de dialectis p. 303. μεταπτώσεις τέσσαρας. Noua vero Ionum lingua conſcripſiſſe libros ſuos exiſtimantur Herodotus, Cteſias [v. Photius Cteſ. exc. Indicc. 1.], Hippocrates, Heraclitus phyſicus, etiam Anacreon, Hipponax, aliique: ſed dialecti eorum veteris, quae parum diuerſa fuiſſe a dialecto Attica vetere, [v. Ioh. Philoponus in de dialectis p. 81. Baſil., et Euſtath. ad Il. ά p. 8. 38.], ſeminaque reliquarum Graeciae linguarum continuiſſe exiſtimatur, indoles qualis fuerit, cognoſci ex Homeri maxime, et Heſiodi, poëmatis poteſt. Vid. ſchol. Apol. Rhod. ad 1, 1081., grammat. Leid. de dialectis p. 303., et Hermogenes περὶ ἰδ. 2, 4. p. 406. Laurent., qui dialectum Ionicam ait eſſe ἡδεῖαν, maximeque libellus Euſtathii de dialectis Homeri, qui primum in Hortis Adonidis A. C. 1496.

 editus,

editus, etiam inſertus legitur Politi Commentario de Euſtathio, eiuſque ſcriptis, p. 21. ſſ. To. 1. Parecbb. Euſtathii in Iliada, et incerti auctoris vita Homeri, qua Galeus opuſcc. ethth. auxit, p. 287. ſſ. Amſtelod. Nam vt Graeci quoque poëtae ſua verba habuere, ſuamque orationem: v. Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. c. 26. p. 250. Vpton.: ita eorum quiſque facile intellegitur in pangendis verſibus linguam ſuae ciuitatis ſequutus eſſe, neque memoriae Homeri hoc dediſſe, vt Ionicum potiſſimum loquendi genus in iis adhiberet. id quod praecipere videtur Fabricius, a quo haud dubie profecta ſunt ea, quae nunc in grammatica Velleri de quatuor dialectis Graecorum leguntur. Certe nec in Lipſienſibus exemplis libelli primis, nec in Belgicis, quidquam ea de re praeceptum inuenitur. Caeterum *lingua Ionica uti* Dio Chryſ. 11. p. 157. B vocat Ἰάζειν, ſed Photius Cteſ. excc. Indicc. c. 1. Ἰωνίζειν.

Ad p. 5. *Atticam*] Haec dialectus a Platone Cratyl. 16. vocatur ἡ Ἀττικὴ φωνὴ, et a Dionyſio Halic. de oratt. Att. p. 82. 19. To. 2. Lipſ. p. 454. To. 5. Reiſq.: ἡ Ἀτθὶς φωνὴ a Porphyrio A. AA. 3, 5.: ſed ab ipſis grammaticis dicitur fere, nunc Ἀττικὴ διάλεκτος, vt a Nicandro apud Harpocrat. v. βολεῶνες, et ξηραλοιφεῖν· nunc ἡ Ἀτθὶς διάλεκτος, vt ab auctore V. Homeri ap. Galeum opuſcc. ethth. p. 289. Amſtel., vel ἡ Ἀτθὶς, et ſimpliciter Ἀτθίς. vid. Laërt. 7, 56. Iambl. V. Pyth. 34. p. 194. ſchol. Thucyd. ad 3, 37. Euſtathius ad Il. κ´ p. 806. 54. et ad Odyſ. τ´ p. 1853. 57. Rom. Ab Apuleio metamm. 1. p. 102. Elmenh. nominatur *lingua Atthis*, et a Gellio 2, 3. *lingua Attica*. Nomen enim hoc deductum eſt, grammaticis auctoribus, ab Atthide, Cranai, regis Athenienſium ſecundi, filia: vid. Ioh. Grammat. in de diall. p. 61. et Gregorius in de diall. p. 4.: neque a Creuſa, Erechthei filia, vt tradit Iamblichus

blichus V. Pyth. 34. p. 195. Huius autem dialecti duas quaſi fuiſſe aetates, communis fere nunc eſt hominum doctiſſimorum ſententia. Certe, non modo commemoratur ab antiquis grammaticis, et ſcriptoribus aliis, non ſemel ἡ ἀρχαία Ἀτθὶς, et ἡ ὑςέρα Ἀτθίς· vid. Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. φ' p. 1907. 45. 49.: ἡ ἀρχαία Ἀτθὶς, et ἡ νέα Ἀτθίς· v. Nicephorus Gregoras ad Syneſ. περὶ ἐνυπν. p. 123. Morel.: ἡ πρώτη Ἀτθὶς, et ἡ δευτέρα Ἀτθίς· vid. Moeris v. πλυνεῖς· ſed laudantur etiam ſaepenumero ab interpretibus poëtarum veterum Graecis, aliiſque grammaticis, nunc οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ, vel οἱ ἀρχαῖοι Ἀττικοὶ, et οἱ νεώτεροι· v. ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 453. et Herodianus, atque Heraclides, apud Euſtath. ad Il. β' p. 217. ε' p. 531. σ' p. 1156. 20. ad Odyſ. η' p. 1579. 28. υ' p. 1892. 40. Harpocrat. v. γναφεύς· nunc οἱ ἀρχαίως Ἀττικίζοντες, et οἱ ὕςερον· v. Thomas Mag. v. λογίες· quos τὲς ὕςερον Ἀττικὲς appellat Euſtathius ad Il. κ' p. 813. 43. π' p. 1064. 2. υ' p. 1216. 62.: et τὲς μεταγενεςέρες τῶν Ἀττικῶν Etymol. M. v. γελοῖος p. 224. 41.: nunc οἱ πρῶτοι Ἀττικοὶ, et οἱ δεύτεροι Ἀττικοί· v. Moeris v. δεικνῦσι, et v. χολάδας. Et veteris quidem dialecti Atticae vſus apud Suidan v. τρόπαια tribuitur Eupolidi, Cratino, Ariſtophani [v. Euſtath. ad Odyſ. η' p. 1579. 28. 30.], etiam Thucydidi [v. ſchol. Thucyd. ad 3, 34. 37.]: quibus vel maxime tragici veteres, Aeſchylus, Sophocles, Euripides, addi debebant; nouae Menandro, aliiſque. Dionyſius autem Halicarnaſſeus de oratt. Atticc. p. 82. 19. To. 2. Lipſ. auctor eſt, lingua Atticorum vetere compoſitos eſſe Platonis libros, noua orationes Lyſiae: et Nicephorus Gregoras ad Syneſ. d. l. ait, huius quidem initia in Aeſchinis, Demoſthenisque, tempora incidiſſe, ſed illa vti inſtituiſſe Gorgian Leontinum. Denique Plato in Cratylo Socratem ita loquentem facit, vt

 linguam

linguam Atticorum nouam ſuae aetatis, quam καλὴν vocat, hoc eſt λειοτέραν, καὶ τῇ ἀκοῇ προσηνῆ· vid. Nicephorus ad Syneſ. d. l.: a vetere eorum lingua diſtinguat: et τὺς παλαιὺς a τοῖς ἀρχαιοτάτοις· vid. c. 16. 18. 25. 31. 32. 34. Iam adde, a Strabone 8. p. 333. linguam Atticorum vetuſtiſſimam, Ionicae ſimilem, vocari τὴν παλαιὰν Ἀτθίδα, vt a Dionyſio Halic. de idiomatis Thucyd. p. 147. 1. To. 2. Lipſ. τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα, et a Moeride v. χολάδας laudari τὺς μέσυς· quos ne eſſe putemus poëtas comoediae mediae, ipſa verba χόλικας ἑφθὰς, quae ex Ariſtoph. Pac. 716. ſumta ſunt, impedire videntur: vix dubitari poſſe arbitramur, quin fuerint aetates dialecti Atticae tres, quarum primam terminarit Ionum in Aſiae oram migratio, ſecunda inde pertinuerit vſque ad belli Peloponneſii tempora, tertiae finis in aetatem Philippi, et Alexandri M., aetatem inciderit. Certe grammaticus Leidenſis, cuius opuſculum de dialectis Koenius edidit, de lingua Atticorum praecipiens, Γεγόνασι δὲ, inquit p. 305., αὐτῆς μεταπτώσεις τρεῖς, et Menandrum, atque Philemona, Thucydidem item, et Xenophontem, et philoſophos Socraticos, ait vſos eſſe, ἕκαστον τῇ ἁρμοζέσῃ αὐτοῖς Ἀτθίδι. Iohannes grammaticus in de dialectis p. 71. Baſ. Ἡ Ἀτθὶς διάλεκτος μεταβολὰς εἰληφυῖα κατὰ καιρὺς, ὅμως τὸν ἀρχαῖον τύπον ὑπογράφει. Nam etſi Sextus Empiricus quoque [contra mathemm. 1, 3. 89. p. 235.] ait, πολλὰς eſſe Ἀτθίδας· tamen haec verba iam ſupra, quo loco de dialecto Dorica diſſeruimus, ſignificauimus accipienda eſſe de dialectis ſpecialibus, et localibus, quae e gentili lingua extitiſſent. Caeterum a grammaticis antiquis, vt a Phrynicho, aliiſque, Attici ſaepe ſimpliciter οἱ Ἕλληνες dicuntur. vid. Pauus ad Phrynichi eclogg. p. 27. et Pierſonius ad Moer. p. 283. Et quis dubitet, quin grammatici, aliique ſcriptores, dialectum Atticam aetatum duarum priorum recte

recte dicere potuerint παλαιὰν, vel πρώτην, vel ἀρχαίαν, Ἀτθίδα, et auctores eius παλαιὰς, vel πρώτες, Ἀττικές? Reliquerat autem de dialecto Attica Nicander copioſum opus, quod conſtaret multis libris, quorum duodeuiceſimus ab Harpocratione v. ξηραλοιφεῖν, et tertius v. βολεῶνες, laudatur. Et de idiomatis eius, atque Doricae dialecti, non minus, quam περὶ Ἀττικῆς συνηθείας, τῆς ἐν λέξει, καὶ προσωδίᾳ, ſcripſerat Irenaeus, ſiue Pacatus, ſeparatim. v. Suidas v. Πάκατος. Ἀττικὴν προσωδίαν reliquerat Trypho: quod eius opuſculum laudatur ab Athenaeo 2, 12. p. 53. B. Gloſſaria duo Lat. Gr. et Gr. Lat. ab Henrico Stephano A. C. 1573. form. mai. edita, auxit idem Stephanus Commentario de Atticae dialecti idiomatis: quem velim diligenter conſulant huius linguae ſtudioſi.

*Aeolica*] Dialectus Aeolica nomen accepit ab Aeolibus, ciuitate Pelaſga: v. Herodo. 7, 95.: primo Graeciae, deinde Peloponneſi: v. Strabo 8. p. 333. Caſaub.: quae hoc nomen ſuum debuit Aeolo, Hellenis filio. vid. Iambl. V. Pyth. 34. p. 195. Poſtea migrauit ipſa quoque in Aſiam, atque in ora eius multas vrbes condidit nobiles. v. Herodo. 1, 149. ſſ. Vel. Pat. 1, 4. 4. Linguam eius, quae parum diuerſa fuiſſe a lingua Dorienſium dicitur: v. Strabo 8. p. 333.: Euſtath. ad Il. ά p. 8. 41. Rom. ad Odyſ. λ́ p. 1702. 3.: ita, vt Metarius in libro de dialectis de illa non ſeparatim expoſuerit: ſed Dio Chryſoſt. 11. p. 157. B Αἰολίζειν, et Δωρίζειν, inter ſe diſtinxit: conf. Herodo. V. Hom. 37.: grammatici fere appellant τὴν Αἰολέων διάλεκτον [Euſtath. ad Il. ά p. 114. 17.], et τὴν διάλεκτον τὴν Αἰολέων [Clemens Alex. Protrept. p. 19. D Colon.], et Αἰολικὴν διάλεκτον [Etym. M. v. κόπερα p. 529. 22. et v. μέτεῤῥα p. 587. 12.], et Αἰολίδα διάλεκτον [Apollon. Dyſc. excc. gramm. p. 435.], vel ſimpliciter τὴν Αἰολίδα,

vt

vt Dionyſ. Halic. Archaeol. 1. p. 76. 23. To. 1. Lipſ. Iambl. d. l. p. 194. ſ.: Lactantius inſtitutt. 1, 6. 7. *Aeolicum genus ſermonis*, et Hieronymus adu. Iouinian. 1. p. 22. A To. 3. Baſ. *Aeolici genus ſermonis*: Porphyrio ad Horat. 3. od. 30, 13. *Aeolidem dialectum*, et Acro, ad eundem Horatii locum, *Aeolicam, vnam ex quinque Graecis linguis*. Mutationes autem huic linguae accidiſſe tres, auctor eſt grammaticus Leidenſis in opuſculo de dialectis a Koenio edito p. 311.: certe Trypho reliquerat libros ſeptem περὶ πλεονασμȣ̃ τῶν ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτων· atque ex eadem ſermonem Romanorum veterem effloruiſſe, ſcriptores graues fere omnes facile conſentiunt: v. Quinctil. 1, 6, 31. Dionyſ. Halic. Archaeol. 1, 90. p. 232. To. 1. Reiſq. p. 76. 23. To. 1. Lipſ.; Priſcianus 14. p. 490. Baſil.: Gregor. de diall. p. 285.: ita, vt Tyrannio iunior peculiarem libellum περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτȣ, ὅτι ἐςὶν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς, conſcripſiſſe legatur: v. Suidas v. Τυραννίων ὁ νεώτερος· vt Philoxenus, Alexandrinus, reliquerat opuſculum περὶ Ῥωμαίων διαλέκτȣ, quod laudatur in Etymol. M. v. κορώνη p. 531. 2. Sylb., et ab Euſtathio ad Odyſ. ή p. 1570. 37. Rom. Quo minus etiam mirandum eſſe videtur, linguam Graecam ipſam paulatim multis verbis Latinis eſſe contaminatam. v. Plutarchus V. Marcel. c. 8. p. 292. To. 2. Tub. Vſi hac Aeoliorum lingua, quae plurimis linguae Graecorum antiquiſſimae veſtigiis impreſſa inuenitur [v. Gregor. p. 285.], ita, vt ſint, qui Aeolicam linguam ab antiquiſſima lingua Graeca putent non fuiſſe diuerſam [v. Burgeſſius praefat. ad Daueſii miſcell. critt. ſ. 3. et in ipſa Appendice ad hunc librum p. 397. ſſ.], hac igitur lingua vſi eſſe in carminibus ſuis eſſe perhibentur Sappho: v. Ioh. Grammat. p. 95., grammat. Leidenſ. de diall. p. 312. coll. Herodo. 2., 178.: Alcaeus: v. Ioh. Grammat. d. l., Gregorius de diall. p. 4. et grammat.

mat. Merman. p. 314., Porphyrio, et Acro, ad Horat. 3. od. 30. 13.: Corinna: v. Pauſan. 9, 22. p. 753.: atque pauci alii. Caeterum, et gloſſae Aeolicae nec a gloſſographis veteribus neglectae reperiuntur: v. Heſychius v. ἄϱπυν· et ex iis, quae de oratione poëtarum ſupra dicta ſunt, intellegitur, parum accurate in Velleri grammatica tradi, Alcaeum, poëtaſque reliquos, vſos eſſe, non modo Aeolico ſermonis genere, ſed etiam caeteris dialectis, pro carminis cuiuſque ratione. Et haec quidem de dialectis *generalibus, gentilibuſque*, diſputata ſunto.

Nunc *locales* quoque, *et ſpeciales*, dialectos ita attingemus, vt vocabula populorum, et ciuitatum, quae nobis adhuc libros grammaticorum veterum, aliorumque ſcriptorum, tractantibus occurrerint, ſecundum ordinem literarum, indicatis eorum locis, apponamus. Nam coloni, quos gentes illae Graeciae quatuor in varias orbis terrarum partes ſubinde miſerunt, formam linguae eius ciuitatis, a qua eſſent in hanc, vel illam, inſulam, in hanc, vel illam, regionem, in has, vel illas, vrbes, deducti, vix ita ſaluam, integramque, ſervarunt, quin multis eam modis immutarint, nouiſque verbis, eorumque formis, et ſignificatibus, auxerint. Itaque in cognoſcendo, diſcernendoque, linguae cuiuſque popularis ingenio diligenter videndum eſſe apparet, cuinam Graeciae genti populus quiſque, incolae cuiuſque regionis, et loci, cuiuſque vrbis, et opidi, originem debuerint ſuam. Nomina quidem eorum populorum, atque ciuitatum, quarum linguas ab antiquis grammaticis, et ſcriptoribus, laudari videmus, ſunt fere haec.

*Achaei.* vid. Pamphilus ap. Athen. 3, 4. p. 77. A: Athen. 11, 5. p. 466. f.: Heſychius v. καλάζει. Loquuti ſunt lingua Dorica.

*Acharnenſes.* vid. ſchol. Ariſtoph. ad Acharnn. 35.

*Aegy-*

*Aegyptii.* vid. Athen. 3, 1. p. 73. A, 3, 30. p. 114. C D: Phrynichus eclogg. p. 146. Pau.

*Aetoli.* vid. Clitarchus apud ſchol. Theocriti ad Idyl. 2, 59.

*Alexandrini*, quorum lingua a grammaticis antiquis ἡ Ἀλεξανδρέων διάλεκτος dicitur. vid. Stephanus Byzant. v. Φασηλίς· Athen. 14, 17. p. 649. E: Lex. bibl. Coiſlin. apud Montefalcon. catal. p. 482. v. ἐλέγοσαν· Phrynichus σοφις. προπαρασκ. ibid. v. ψυχαγωγός. p. 469. et eclogg. p. 146. Pau.: Etym. M. v. ἀφάρτερος p. 175. 24. et v. ἐξειλῆσαι p. 348. 12.: Athen. 2, 11. p. 51. B, 3, 1. p. 72. B, 3, 33. p. 121. C, 4, 25. p. 182. E, 7, 17. p. 309. A, 8, 17. p. 364. F, 15, 7. p. 679. E: qui idem 4, 25. p. 184. B, Alexandrinorum doctrinam, et in literas merita, vehementer laudat: Suidas v. φυλάκια· Euſtathius ad Il. ν' p. 948. 34. σ' p. 1157. 44. Rom.: ſchol. Theocriti ad Idyl. 4, 62.: Thomas Mag. v. ἠθέληκα. Scripſerat de hac dialecto peculiarem librum Demetrius Ixion: vid. Athen. 9, 11. p. 393. C: et Irenaeus, ſiue Pacatus, libros ſeptem, quibus docere conatus erat, dialectum Alexandrinam ex Attica extitiſſe: v. Suidas v. Εἰρηναῖος, et v. Πάκατος· quod opus etiam in Etymol. M. v. πυδαρίζειν p. 696. 6. laudatur: vt Seleucus Alexandrinus reliquerat librum περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν· vid. Suidas v. Σέλευκος Ἀλεξανδρῖνος. Noſtris temporibus copioſam de hac ipſa dialecto diſputationem, Fabricii maxime in notis ad Sextum Empir. p. 261. auctoritate excitatus, edidit Lipſiae A. C. 1786. Frider. Guil. Sturtius V. C., quam biennio, ſeptennioque, poſt acceſſionibus nonnullis auxit, Gerae propoſitis.

*Amyclaei.* vid. Theocrit. Idyl. 12, 13. Vſi eſſe videntur lingua Dorica.

*Arcades.* vid. Heſychius v. θύρδα, κάθιδοι, ἦνει· Pauſan. 8, 25. p. 649.: Stephanus Byzant. v. Ἀμφεια,

φεια, et Φύτειον· Timachidas apud Athen. 15, 8. p. 682. C: Etymol. M. v. ἐρινύειν· Aeneas Poljorc. 27. p. 451. To. 3. Polyb. Lipſ. Tenuerunt mediam Peloponneſum, atque adeo dialecto Dorica vſi ſunt. vid. Herodo. 2, 171.

*Argivi.* vid. Heſychius v. ἄβετον, et v. κέστερ· Athen. 8, 16. p. 365. D: Etymol. M. v. ἔνατος p. 302. 2. Sylb.: a quo lingua Argiuorum dicitur ἡ τῶν Ἀργείων διάλεκτος, vt ab Euſtathio ad Il. θ' p. 722. fin. Ἀργείων γλῶσσα· Suidas v. βῶν· Heraclides apud Euſtath. ad Il. θ' p. 722. 59. 63.. Et Pauſanias quidem tradit 2, 37. p. 199., Argiuos, qui ante reditum Heraclidarum in Peloponneſum lingua Attica loquuti eſſent, poſtea vſos eſſe dialecto Dorica. v. Etym. M. p. 391. 16. De dialecto eorum ſcripſerat Trypho. vid. Suidas v. Τρύφων. Vſus ea erat Dercyllus, hiſtoricus Argiuus. v. Etymol. M. v. Εὔιος p. 391. 20. et Valquen. ad Theocr. p. 274.

*Aſiani.* vid. Euſtathius ad Odyſ. ξ' p. 1759. 11. 23., a quo lingua eorum φωνὴ, et γλῶσσα, Ἀσιανὴ vocatur: Suidas v. σκυτοδέψης.

*Athamanes.* vid. Heſychius v. μάννυ, Τριτὼ, κ. τ. λ.

*Athenienſes.* vid. Athen. 3, 36. p. 123. E: ſchol. pr. Aeſchyli ad Prometh. 3. Et Sextus quidem Empir. contra mathemm. 1, 10. 228. p. 264. linguam Athenienſium, aliam τὴν παλαιὰν vocat, aliam τὴν νῦν, aliam eſſe oſtendit τῶν κατὰ τὴν ἀγροικίαν, aliam τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων. Xenophon autem Polit. Athen. c. 2, 8. linguam Athenienſium ſuae aetatis oſtendit fuiſſe κεκραμένην ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων. vid. Pierſonius ad Moer. p. 349. f. Hoc vero cadit omnino in linguam omnium Graecorum. v. Euſtathius ad Odyſ. τ' p. 1854. 35. et Nicanor apud Stephanum Byzant. v. Τάναϊς.

Boeotii.

*Boeotii.* vid. Heſychius v. ἀεξητὸν, βαιδυμῆν, βάλαρες, βανῆκας, βάννα, βάττικες, θήσω, ἱςάκη, κ. τ. λ.: Etymol. M. v. ἀγήοχα p. 9. 34. v. ἔξασιν p. 297. 16. v. ζείδωρος p. 410. 6. v. ἴττω p. 479. 46.: Euſtath. ad Il. κ′ p. 824. 28. Odyſ. α′ p. 1401. 34. β′ p. 1442. 49. Vnde τῇ φωνῇ Βοιωτιάζειν eſt *lingua Boeotica loqui* apud Xenoph. anab. 5, 1. 26. Arrian. E. A. 6. p. 403. Blanc. et Dion. Chryſoſt. orat. 41. p. 506. A Mor. Nam fuit linguae Doricae ſimillima, ita, vt ab Heraclide apud Euſtath. ad Il. ι. p. 734. 52. Rom. διάλεκτος Βοιωτία, quae in Etymol. M. p. 297. 16. ἡ Βοιωτῶν διάλεκτος nominatur, ſed ab Olympiodoro ad Plat. Phaedon. 6, 8. Βοιωτεία [l. Βοιωτία] διάλεκτος, tribus gentilibus reliquis pro Δωρίδι adiuncta legatur. *Aeoles Boeotii* laudantur, ſi lectio librorum editorum vera eſt, a Varrone R. R. 3, 12. 6., qui λέπορις dixerint, e quo nomine Lat. *lepus* extitiſſet.

*Cappadoces.* vid. Philoſtratus Sophiſtſt. 2, 13. p. 594. Olear.

*Cares.* vid. Tzetzes ad Lycophron. p. 106. a Baſil.: Stephanus Byzant. v. Ξύλος· Euſtath. ad Il. β′ p. 279. 34. Lingua eorum dicitur Καρίη γλώσση ab Herodo. 3, 135.

*Celtae.* vid. Heſychius v. ἀβράνας.

*Chalcidenſes.* vid. Thucyd. 6, 5.: Heſychius v. σμηρία. Lingua eorum vocatur Χαλκιδικὴ διάλεκτος a Tzetza ad Lycophron. p. 51. a Baſil. vid. Rutgerſius varr. lectt. 5, 6.

*Cilices.* Ab Euſtathio ad Odyſ. ξ′ p. 1759. 12. laudantur οἱ ἑλληνίζοντες ἐν Κιλικίᾳ.

*Citiei.* vid. Aelius Dionyſius apud Euſtath. ad Il. κ′ p. 813. 48.

*Clitorii.* vid. Silenus, et Clitarchus, ap. Athen. 11, 5. p. 468. A.

*Coi.* vid. Heſychius. v. δόλπαι, et κάλαμος.

*Cor-*

*Corcyraei.* vid. Heſychius v. ὀχεῖς.

*Corinthii.* Κορινθίων διάλεκτος laudatur ab Euſtathio ad Odyſ. λ′ p. 1702. 3., et Corinthii vocantur Δωρίζοντες.

*Cretes.* vid. Dio Chryſ. orat. 11. p. 157. B Mor., a quo Κρητίζειν dicitur *lingua Cretica loqui:* Heſychius v. ἀβέλιον, ἄβλοπες, ἄγδους, ἀγελάστους, ἀγλαὸν, ἀγλαφόρε, ἀγνεῖν, ἀδαμιᾶν, ἀδεμὰν, ἀδνὸν, αἰθερτητὸν, ἀκακαλλὶς, ἄκαρα, ἀλιννὸν, ἀλυκτεῖ, ἀμάκις, ἄμιτρα, βαλία, ἴττον, κ. τ. λ.: ſchol. Eurip. ad Alceſt. 989.: Ariſtot. poët. c. 25. p. 30. E To. 4. Duual.: Etymol. M. v. ἀμήτορας p. 83. 15. Sylb.: Heraclides ap. Euſtathium ad Il. θ′ p. 722. 59. 63. π′ p. 1090. 48. Rom.: Ephorus apud Athen. 6, 18. p. 263. F, et Simmias apud eundem 7, 23. p. 327. F. Congeſſerat Κρητικὰς λέξεις, ſiue γλώσσας, Hermonax, ſ. Hermon, in vnum volumen, quod laudatur ab Athen. 3, 4. p. 76. F, 3, 6. p. 81. F, 6, 19. p. 267. C, et ab ſchol. Nicandri ad Θηρ. 512. p. 34. a Colon. Conf. Meurſius in de Creta 4, 15. p. 254. ſſ. Caeterum ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος laudatur a Ioh. Grammat. in de diall. p. 89. Baſil., et a Gregor. p. 170., qua vſum eſſe aiunt Cypſelan: ab Euſtathio ad Il. θ′ p. 722. fin. vocatur Κρητῶν γλῶσσα.

*Crotoniatae.* vid. Heſychius v. ἀσκότονοι, et v. κοκκυγίαν. Vſi ſunt dialecto Dorica, quum genere fuerint Achaei. vid. Herodo. 8, 47.

*Cumaei.* vid. Herodo. V. Homeri c. 13.: Euſtath. ad Il. α′ p. 135. 39.

*Cyprii.* vid. Etymol. M. v. καλήζω p. 485. 45. Sylb.: Heraclides apud Euſtath. ad Il. α′ p. 32. 37. ι′ p. 764. 32. κ′ p. 813. 48. λ′ p. 842. 62. Rom.: Heſychius v. ἀβαθ, ἀβαριστὰν, ἀβαρταί, ἄβλαξ, ἀβρεμὴς, ἀγαθᾶ, ἄγκυρα, ἀγλαὸν, ἀγὸρ, ἄδειος, ἄδρυα, ἄνδα, ἀπόγεμε, ἀπολοίφειν, ἀπόλυγμα, βάλλαι, γέννυ, δημίην, κ. τ. λ.: ſchol. Theocriti ad Idyl. 2,

59.: Ariſtot. poët. c. 21. p. 23. E To. 4.: Pamphilus apud Athen. 11, 6. p. 472. E: Glauco apud eundem 11, 8. p. 480. F: Nicander apud eundem 2, 28. p. 69. B: ſchol. min. ad Il. ϱ', 51. Conf. Meurſius in de Cypro 2, 25. p. 152. ſſ. Cyprios, qui ab Himerio ecl. 18, 1. p. 260. Vernſd. τὴν γλῶτταν ἀκϱιβῶς Ἕλληνες dicuntur, vocabula pleraque accepiſſe a Iudaeis, putabat Harquenrothius Obſeruatt. miſcell. critt. To. 10. p. 313.

*Cyrenenſes*. vid. Philetas apud Athen. 11, 5. p. 467. F: Heſychius v. ἀνάποινος.

*Delphici*. v. Plutarch. quaeſtſt. Grr. 9. p. 292. E To. 2. Vechel.

*Dolopes*. vid. Nicander Colophonius apud Athen. 11, 10. p. 485. D.

*Dryopes*. vid. Phauorinus v. ἱππότα.

*Elei*. vid. Heſychius v. βαίδειον, βάκχυλον, ἴττεον, κελωγία, κύλλας, λάθϱα, σκνίφος, κ. τ. λ.: Euſtath. ad Il. β' p. 279. 32.

*Epheſii*. vid. Amerias apud Athen. 10, 7. p. 425. C: Etymol. M. v. ἄφαϱ p. 175. 14.

*Epirotae*. vid. Seleucus apud Athen. 11, 14. p. 500. B.

*Eretrienſes*, Eleorum coloni. vid. Plato Cratyl. 42.: Strabo 10. p. 448. Caſaub.: Heſychius v. Ἐϱετϱιέων ϱῶ, ϱιζῶν· Euſtath. ad Il. α' p. 135. 29. β' p. 279. 31. δ' p. 492. 14. Vſi ſunt lingua Dorica. v. Etymol. M. p. 391. 17.

*Erythraei* v. Heſychius v. κατεῖλεα.

*Helleſpontii*. vid. Demetrius Scepſius apud Athen. 10, 7. p. 425. C.

*Heracleotae*. v. Heſychius v. λύθιος. Memoriam dialecti huius ciuitatis, quae fuit Dorica, ſeruarunt duae tabulae Heracleenſes, quas ante quadraginta fere annos edidit Alex. Sym. Mazochius, adiuncta diatriba de

de earum Doriſmo, quae laudatur a Koenio ad Gregor. de dialectis p. 165.

*Himeraei.* De dialecto eorum ſcripſerat Trypho. vid. Suidas v. Τρύφων.

*Italiotae*, qui Italiam incoluere Graeci genere. vid. Heſychius v. βαςά, βράσκη, ὀῤῥόβηλος, ὑποδῆσαι, ὑςιακκός· ſchol. Nicandri ad Alexipharmm. 214.

*Lacones.* vid. Plato Cratyl. 26.: Heſychius v. ἀβὴρ, ἄβοςοι, ἀβρανίδας, ἀβῶ, ἄβωρ, ἀγλευκὲρ, ἀγνήσοε, ἀθρόον, αἴκȣδα, ἀλιοβόλη, ἀλλάμπαν, ἀμάκιον, ἄμȣχα, ἀμπᾶξαι, ἀμφιςερῆ, βηρίχαλκον, δίζα, ἰωπάτερ, σαγήνη, κ. τ. λ.: Euſtath. ad Il. ξ′ p. 971. 23. Rom.: Etymol. M. v. δεικελιςαὶ p. 260. 42.: Athen. 14, 4. p. 621. E. Vſi ſunt lingua Dorica. v. Seneca ep. 77, p. 304. To. 2. Gron. Athen. 4, 6. p. 139. B. Nam Lacedaemonii fuere Dorienſes, Heraclidae Dorienſibus miſti. v. Plutarch. V. Lyſand. c. 24. p. 164. To. 3. Tub. et Dionyſ. Halic. Archaeol. R. 3, 11. p. 435. To. 1. Reiſq. Vnde Pauſan. 3, 15. p. 244. τῶν Λακώνων τὴν γλῶσσαν, qua Alcmanem carmina compoſuiſſe ait ſua, ἥκιςα παρέχεσθαι τὸ εὔφωνον oſtendit. Ioh. Grammat. de diall. p. 89. Baſil., et Gregor. p. 170., vocant τὴν τῶν Λακώνων διάλεκτον, qua vſum eſſe Alcmana, ipſi quoque docent. Scripſerat de dialecto Laconica ſeparatim Philoxenus Alexandrinus: v. Suidas v. Φιλόξενος Ἀλεξανδρεύς· et de gloſſis Laconicis opuſculum reliquerat Ariſtophanes grammaticus, quod a Pamphilo apud Athenaeum 3, 4. p. 77. A, et ab ipſo Athenaeo 3, 7. p. 83. A, laudatur. Noſtra aetate omnium diligentiſſime de lingua Laconica expoſuit Valquenarius ad Theocrit. degreſſ. 4. p. 271. — 300., vt a Ruhnquenio ep. crit. 2. p. 63. pr. p. 214. ſec. commemorari video Hemſterhuſii ſchediaſma ineditum de verborum formis Doricis, Laconicis, aliiſque. Ab Apollonio Dyſcolo ſyntax. 4, 5. p. 314. Sylb. vocatur Λακωνικὴ διάλεκτος.

*Leſbii.* vid. Heſychius v. ἴσσασθαι.

*Leucadii.* vid. Heſychius v. λαίσπαις.

*Lycii.* vid. Stephanus Byzant. v. Ἀγάθη, Βȣβὰν, Δολίχη, Σιδάκη.

*Lydi.* vid. Heſychius v. ἀκυλλὸν, ἴωπι, μάλαξ, παραμήνη.

*Macedones.* vid. Strabo 8. p. 372. Caſaub.: Heſychius v. ἄβαγνα, ἄβαρκνα, ἀβαρὺ, ἀβλόει, ἀβρȣ̃τες, ἀγκαλὶς, ἀδῆ, ἄδισκον, ἀδραιὰ, ἀκρȣνοὶ, ἀλίη, ἀρκὸν, βηματίζει, κ. τ. λ.: Etymol. M. v. Βέροια p. 195. 37. v. ἐέλδωρ p. 317. 24. Sylb.: Stephanus Byzant. v. Βορμίσκος: vbi Macedonibus tribuitur πατρῴα φωνή· Apollon. de ſynt. 3, 7. p. 213. Sylb. Et Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. κ' p. 1654. 17. laudat diſerte Μακεδόνων διάλεκτον, vt Eudaemon Peluſiota apud eundem Euſtath. ad Odyſ. γ' p. 1457. 19. Μακεδόνων γλῶσσαν.

*Mariandyni.* vid. Heſychius v. δωροφόρȣς.

*Megaliotae.* vid. Ariſtot. poëtic. c. 21. p. 23. D To. 4. Duual.

*Megarenſes.* vid. Ariſtophanes Acharnn. 729. ſſ.: Euſtathius ad Il. κ' p. 813. 42.: Suidas v. μάζα, et μάδδαν.

*Meſſapii.* vid. Suidas v. Βρεντήσιον· Strabo 6. p. 282. Caſaub.: Seleucus apud Stephanum Byzant. v. Βρεντήσιον.

*Meſſenii.* vid. Heſychius v. βάτνος.

*Methymnaei.* vid. Parmeno ap. Athen. 11, 14. p. 500. B.

*Mitylenaei.* vid. ſchol. Hom. Venet. ad Il. π', 221.: ſchol. Sophoclis ad Aiac. 637.

*Naucratiiae.* vid. Athen. 3, 1, p. 73. A.

*Oropii.* v. Etymol. M. p. 391. 17.

*Pamphylii.* vid. Heſychius v. ἀβελίην et ἀδρί· Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. κ' p. 1654. 20.

Vſi

Vſi ſunt, vt Oropii, lingua Dorica. v. Etymol. M. p. 391. 16.

*Paphii.* vid. Heſychius v. ἐπίκοgον, Θορᾶνας, ἴγγια, ἰμίτgαον, κάβειος, κάβλη, κακκεῖναι, κατέgιαι, λιμὴν, κ. τ. λ.

*Parii.* vid. Athen. 3, 3. p. 76. B: Heſychius v. μάλκην, et ὄgδικον.

*Peloponneſii.* vid. Theocr. Idyl. 15, 92.: Sextus Empir. contra mathematt. 1, 7. p. 248.: ſchol. Ariſtoph. ad Nubb. 401.: Iolaus apud ſchol. Nicandri ad Therr. 521. p. 34. Colon.: Stephanus Byzant. v. Ἀμφιγένεια· Aeneas Poliorcet. c. 27.

*Pergaei.* vid. Heſychius v. ἰκτὸς, κασσύας, κόgκοgα, λάφνη, λάψα, σαgαπίες.

*Phoenices.* vid. Heſychius v. ἀλύω· vbi v. interpp.: et v. βακχόν.

*Phryges.* vid. Plato Cratyl. 25.: Sextus Empir. contra mathemm. 1, 13. 313. p. 286. Fabric.: Heſychius v. ἄζενον, βαλλὴν, μαζεύς· Palamedes apud Etymol. M. v. ἁgμάτειον μέλος p. 145. 43.: vbi lingua eorum dicitur ἡ τῶν Φgυγῶν διάλεκτος.

*Rhegini:* de quorum dialecto ſcripſerat Trypho. v. Suidas v. Τgύφων.

*Rhodii.* vid. Clearchus apud Athen. 2, 10. p. 49. F: Heſychius v. ἄθgας, ἀνεκλητεῖν, ἄντυ, καλόνης, καgφύκτοι, μηλοσόη, πυλαιαστάς· ſchol. Eurip. ad Alceſt. 989. Loquebantur Dorice. v. Sueton. Tiber. 56. Erant enim Dorienſes. v. Thucyd. 7, 57. Ἐξήγησιν Ῥοδιακῶν λέξεων reliquerat Moſchus. vid. Athen. 11, 10. p. 485. E. Conf. Meurſius in de Rhodo 2, 3. p. 83. ſſ.

*Salaminii.* vid. Heſychius v. ἐλθέμεν, εὔχες, κάδαμος, καδία, σπαύονθες, ὕγγεμος· Phauorinus v. πτόλις.

*Samii.* vid. Etymol. M. v. Δεύνυσος p. 259. 30.: Heſychius v. ἀποφλᾶσαι. Fuere Iones. v. Thuc. 7, 57.

*Siculi.* vid. Etymol. M. v. ἔνατος p. 302. 4., vbi lingua Siculorum vocatur ἡ τῶν Σικελῶν διάλεκτος· vt ab Euſtath. ad Il. β' p. 223. 26. γλῶσσα Σικελῶν· Suidas v. γέῤῥα· Pollux 9, 45.: Heraclides apud Euſtath. ad Il. θ' p. 722. 61. 64. ad Il. ί p. 773. 34.: Stephanus Byzant v. Ἀβακαῖνον, et Ἀμβρακία· Euſtathius ad Odyſ. ζ' p. 1561. 60. et p. 1562. 46. ad Odyſ. κ' p. 1654. 17.: Heſychius v. ἀβολεῖς, ἄδρυα, ἄζετον, ἀλιακτής, ἀντόμευς, ἀρβίννη, ἀτταλίζομαι, βατάνια, δράκια, ἐτριέκοψεν, ἰπνή, κάμπος, κλαραγεῖ, λαθρακάζων, κ. τ. λ.: Athen. 9. 15. p. 402. C: Clearchus apud eundem 2, 10. p. 49. F: Thucyd. 6, 4.: ſchol. Theocr. ad Idyl. 5, 25.: ſchol. Nicandri ad Alexipharmm. 91.: Ioh. Grammat. p. 89. Baſ. Inſcriptionum veterum Siciliae, et obiacentium inſularum, collectio noua exiit Panormi A. C. 1784. form. mai. Et Prolegomenorum quidem huius operis auctor c. 1. docuit, ciuitates Siciliae variis vſas eſſe dialectis, ſed tandem Dorica, et Ionica, et c. 2. de Graeca Siculorum palaeographia, et de ſingulis eorum literis, expoſuit.

*Sicyonii.* vid. Heſychius v. ἀμάδρυα· Athen. 14, 4. p. 621. F.

*Syracuſani.* vid. Athen. 2, 24. p. 64. F: Macrobius de differr. Gr. et Lat. verbi p. 667. Gron.: Heſychius v. ἄγγελον, ἀκτεῖνος, ἀκτίς, ἄμφασμα, βάμβα, γαφάτα, ἴσαμι, σαυκόν· Etymol. M. v. ἄφαρα p. 114. 19. v. δερβιστής p. 257. 52. v. δρίφος p. 287. 50. v. εἶπον p. 302. 34.: Euſtathius ad Il. έ p. 576. 36. π' p. 1044. 32.: Apollon. Dyſcolus excc. grammat. p. 423.: ſchol. Theocriti ad Idyl. 4, 28. Fuere Dorienſes: v. Thuc. 7, 57.: coloni Corinthiorum. v. Vel. Pat. 2, 15. 1. et Stephanus By-

zant.

zant. v. Συρακȣ̃σαι. De lingua eorum, quae in Etymol. M. p. 302. 34. 38. ἡ Συρακȣσίων γλῶσσα, et ἡ τῶν Συρακȣσίων διάλεκτος, vocatur, ſcripſerat Philoxenus Alexandrinus: v. Suidas v. Φιλόξενος Ἀλεξανδρεύς· et Trypho. vid. Suidas v. Τρύφων. Vſi autem ſunt, vt Dorienſes, dialecto Dorica. v. Euſtath. ad Odyſ. χ′ p. 1934. 18.

*Tanagraei.* v. Etymol. M. v. ἐσμοὶ p. 383. 16.

*Tarentini.* vid. Euſtath. ad Il. κ′ p. 824. 30.: Etymol. M. v. ἀγάλιος p. 7. 7. v. βακίας p. 186. 1. v. ὀλίος p. 621. 51.: Lex. Coiſlin. Catal. p. 493. v. συνοίσειν· Heſychius v. αἰδάνης, ἀκελλεὰ, ἀλιαίαν, ἁματὶς, ἁμώσας, ἐργαλεῖον, ἐφαμεροφαρίῳ, κλαυμαριόμενον, λέπανος, κ. τ. λ. Vſi ſunt lingua Laconica. nam Tarentum fuit colonia Laconum. vid. Polyb. 8, 28. Lexicon Tarentinum Ioh. Iuuenis laudatur ab Albertio ad Heſych. v. ἀχέλȣρις, aliiſque in locis.

*Thaſii.* vid. Heſychius v. πενθέριον.

*Thebani.* vid. Athen. 14, 4. p. 621. F, qui eos ait καινȣργεῖν κατὰ τὰς φωνάς.

*Theſſali.* vid. Strabo 8. p. 372. Caſ.: Plato Cratyl. 22.: Apollonius de ſynt. 3, 7. p. 213. Sylb.: ſchol. Theocriti ad Idyl. 2, 59. 12, 12. ſ.: Clitarchus apud Athen. 11, 13. p. 495. E: Heſychius v. ἀγορά· Athen. 10, 4. p. 418. E, et ex eo Euſtathius ad Il. λ′ p. 857. 28. Dio Chryſ. orat. 11. p. 157. B *lingua Theſſalorum uti* vocat Θεσσαλίζειν, et lingua eorum ipſa a Galeno p. 296. 34. To. 2. Baſ. dicitur ἡ τῶν Θεσσαλῶν διάλεκτος.

*Thraces.* vid. Euſtath. ad Il. ν′ p. 918. 29.: ſchol. Apollonii Rhod. ad 2, 948.: qui etiam Amazonas eorum lingua vti tradit.

*Thurii.* vid. Heſychius v. ἴψον, σαννὶς, φέτρευς· Euphorio apud ſchol. Aeſchyli ad Perſſ. 659., a quo eorum lingua dicitur Θȣρίων διάλεκτος.

*Tyrrheni.* vid. Heſych. v. ἀγαλλήτορα, ἄνδας, ἀταισὸν, αὐκήλως, κάπρα.

*Zacynthii.* vid. Heſychius v. μώλυκα.

Caeterum apud Aeſchylum Choëphorr. 561. ſ. laudatur etiam φωνὴ Παρνησσὶς, et γλῶσσα Φωκὶς· et maximam partem obſeruationum de permutatione literarum, et vocalium, et conſonantium, non minus, quam exemplorum verborum, quibus illuſtratae leguntur, grammatica Velleri communem habet cum Angeli Caninii Ἑλληνισμῷ, cura Tho. Crenii Amſtel. A. C. 1700. denuo octonis edito. Praeter hunc Caninii libellum conſuli debent de literarum permutatione Gerh. Ioh. Voſſii, et Stephani Scinneri, commentarii, qui laudantur a Fabricio ad Sextum Empir. p. 592. Quae vero de vocalibus, et conſonantibus, inter ſe permutatis, vel additis, vel omiſſis, praecipiuntur in libello Velleri, ea exiſtimanda ſunt ita tradi, vt referantur ad dialectum Graecorum communem [v. grammat. Merman. p. 313.], vt vulgo vocatur, non ad linguam eorum antiquam. Sic inanes eſſe apparet voces illas omnes, quas iactari ſcimus in grammaticos recentiores non minus, quam veteres, a Lennepio in Praelectionibus academicis de analogia linguae Graecae ab Euerardo Scheidio Trai. ad Rhenum A. C. 1790. 8. editis. Sed originem dialectorum, et generalium, et ſpecialium, ſatis manifeſtum videtur ducendam eſſe maxime ab auribus, et ore, etiam ingenio, nationis cuiuſque, et ciuitatis.

Ad p. 5. *τέσσερα apud Herodo.*] 1, 60. τεσσέρων· 1, 142. τέσσερας, et τέσσερες· 1, 14. 31. 106. τεσσεράκοντα. Sic ἔρσενες, pro ἄρσενες, Herodo. 1, 109. 2, 35. 7, 205.: ἔρσενα 6, 135.: ἔρσενας 2, 38.: βέρεθρον, pro βάραθρον, Homer. Il. Θ', 14. Etymol. M. v. βάραθρον p. 185. 5. Ἰωνικῶς βέρεθρον. Omnino Iones, vt Dores, vocalem ᾰ mutarunt in vocalem ε̆ ante, vel poſt, conſonantes λ, et ρ· v. Hem-

Hemſterhuſius ad Tho. Mag. v. ὕαλος p. 862.: et in verbis in ſyllabas άω deſinentibus: v. Gregor. p. 183.: vt φοιτέοντας Herodo. 1, 37.: ὅρεον 2, 106.: ὁρέομεν Hippocrat. de nat. inf. c. 44. p. 164. To. 1. Lind.: ἐπειρώτεον Herodo. 1, 47.: ὁρέων Id. 1, 80.: ὁρέοντες 1, 99.: χρεόμεθα Hippocrat. de vet. med. 13. p. 20. To. 1.: v. Gregor. p. 183.: χρέονται Herodo. 1, 34.: χρεόμενοι Hippocr. aphorr. 2, 36.: χρέεσθαι Herodo. 1, 21.: ἐκτέετο 8, 112.: ἀγαπέομες Archytas fragmm. p. 675. Gal. 2. Atque eiuſdem generis ſunt κυβερνεῖ, et κυβερνεῖται, quae extitere ex κυβερνέει, et κυβερνέεται, pro κυβερνάει, et κυβερνάεται, apud Ocellum Luc. fragmm. p. 538. Gal. 2. ſ. Stob. eclogg. phyſſ. 1, 14. p. 340. To. 1. Her.: vt θηεῖτο non modo ap. Theocr. Idyl. 22, 200. 25, 108., ſed etiam ἐθηεῖτο apud Herodo. 1, 68. 7, 44. 56. 208., ex ἐθεέετο, pro ἐθεάετο. Certe ſic etiam Veſſelingius edidit, cuius tamen in exemplo 1, 10. legitur ἐθηῆτο, pro quo cod. Medic. habebat recte ἐθηεῖτο.

ὕελος] Hanc nominis formam barbaram eſſe ait, vt φιέλη pro φιάλη, Theod. Gaza iſag. grammat. 4. p. 11. Pariſ.: et Phrynichus Eclogg. p. 136. Ψίεθος, inquit, μιερὸς, ὕελος, ἁμαρτάνουσιν οἱ διὰ τοῦ ε λέγοντες· ἀδόκιμον γάρ. Sed ſubtilius de ea praecipere videtur Moeris: Ὕαλος, ἐν τῷ α, Ἀττικῶς· ἐν τῷ ε, Ἑλληνικῶς· vbi v. Salierius p. 373. ſ. et Hemſterhuſius ad Tho. M. ὕαλος p. 862. ſ. Sic Ioh. Grammat. p. 91. Baſ. Aeolum linguae formas nominum κρέτος, Πρίεμος, γελήνη, pro κράτος, Πρίαμος, γαλήνη, tribuit.

γέμμα] Euſtathius e Lex. rhetor. ad Il. γ' p. 370. 12. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ γράμμα στοιχεῖον, γέμμα φασὶν Ἴωνες, καὶ μάλιστα Δημόκριτος.

γέρεος] Herodo. 4, 162. 165. 6, 56. γέρεα· vt κέρεα, pro κέρεα, 2, 38. 4, 191. 192.: κερέων, 4, 183. Sic τέρεος, et τέρεα, Herodo. 8, 37.

λεὼς] Ariſtoph. Equitt. 224.: νεὼς Idem Auu. 616. vid. Iohannes Grammaticus de dialectt. p. 69. Baſil. Gregorius in de diall. p. 17. et Etymol. M. v. Μενέλαος p. 579. 46. Sed etiam apud Herodo. 1, 22. et Pindar. Olymрp. 9, 100. nunc legitur λεών.

*Aeoles — addunt ν̄*] Etymol. M. v. λέγω p. 559. 29. Τὸ λεγόμεθα, καὶ φερόμεθα, οἱ Αἰολεῖς εἰς ε̄ ποιοῦσι λεγόμεθεν, καὶ φερόμεθεν, μετὰ τοῦ ν̄. Macrobius de differr. Gr. et Lat. verbi p. 672. Gron.: *Sed ε̄ litera ſaepe ſibi τὸ ν̄ familiariter adhibet. Teſtes huius rei* Αἰολεῖς, *apud quos* λεγόμεθα, φερόμεθα, *et ſimilia, finale* ἄλφα *in* ε̄ *mutatur, et mox* ε̄ *aduocat ſibi* τὸ ν̄, *et fit prima perſona* λεγόμεθεν, φερόμεθεν. Sed terminationis primae perſonae pluralis in θε̄, neque nos exemplum vllum vſpiam inueneramus, neque a Metario obſeruatum eſſe videmus.

*Sic Latinorum etc.*] Praeclara enim eſt obſeruatio Gelli NN. AA. 4, 3.: Pellex *autem quaſi* πάλλαξ [v. Etymol. M. v. παλλακὶς p. 649. 57.], *id eſt, quaſi* παλλακίς· *vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum eſt.*

πένθος ex πάθος] Etymol. M. v. βένθος p. 195. 24. Βένθος, τὸ βάθος· παρὰ βάθος, τὸ βέθος, καὶ βένθος, πλεονασμῷ τοῦ ν̄, ὡς πάθος, πέθος, καὶ πένθος. add. Herodianus apud Etymol. M. v. πένθος p. 660. 12. Κρέτος etiam a Caninio Hellen. p. 28. hanc in rem allatum eſſe video, vt γελήνη, pro γαλήνη, ſed ſimpliciter, nullaque vllius ſcriptoris auctoritate addita. Metarius vero hanc nominis formam omnino praetermiſit. Sed θέρσος, pro θάρσος, Aeolum linguae tribuitur in Etymol. M. v. Θερσίτης p. 447. 24.

*pro ᾱ capiunt η̄ Iones — primae declinat.*] Stephanus Byzant. v. Ἄσκρη· Ἄσκρη — Ἰωνικῶς σχηματισθεῖσα, ὡς κόρη, Τερψιχόρη. Laërt. 7, 56. λέξις ποταπή, τουτέστι, ποιά, κατὰ διάλεκτον· οἷον, κατὰ μὲν τὴν Ἀτθίδα, θάλαττα· κατὰ δὲ τὴν Ἰάδα, ἡμέρη.

ἡμέρη. Auctor incertus vitae Homeri, a Galeo opuſculis phyſicis, et ethicis, inſertae, idiomata linguae Ionicae perſequens, p. 288. ſ., τὸ μεταβάλλειν, inquit, τὸ ᾱ, ἐπειδὰν ἐκτείνηται, εἰς τὸ ἡ, ὡς τῦ Ἥρη, Ἀθήνη. Conf. Iohannes Grammat. in de diall. p. 61. 77. 79. Baſil. et Gregorius in de diall. p. 179. ſ. Eiuſdem autem generis exempla ſunt haec: συμφορὴ, εὐδαιμονίη, ἡμέρη, ἡμέρην, χώρη, Herodo. 1, 32.: ἡγεμονίη 1, 7.: ὥρη 1, 10.: ἡμέρη 1, 11.: ἀγορὴν 1, 21.: χώρην τρηχείην 1, 71.: ἱςορίης οἰκείης Hippocr. de arte c. 1. p. 1. To. 2. Lind.: χροιὴν, παρεσίη, ἀπεσίη, παιδείης, ibid. c. 16. p. 9.: θώρηξ ib. c. 17. p. 10.: ἀδικίης, ἀδικίη, ἑκεσίης, Idem ὅρκ. c. 2. p. 43. To. 1.: ἴρηξ Heſiod. Ἔργ. 203. Neque vero Attici veteres dubitarunt hoc in genere nominum literam ῆ ſaepe praeferre literae ᾱ. vid. Pierſonius ad Moer. p. 183. ſ. Formam nominis ἠὴρ, pro ἀὴρ, Aeolibus tribuitur a Ioh. Grammat. p. 91. Baſ.

*ita et* Ἑρμείης] Vid. Gregorius in de diall. p. 172. Sic νεηνίης Herodo. 1, 37. Sed ἔμπης legitur, vt apud Homerum multis in locis, ita apud Sophoclem Aiac. 122.: vbi ſchol. Ἴωνες ἔμπης φασὶν, Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας, καὶ ἔμπα. Sic λάθρη, pro λάθρα, Herodo. 8, 75.

*ὅρημαι, pro ὅραμαι*] Ὁρήμεθα *videmus* Timaeus Locrus p. 547. Gal. 2. Nam Dores etiam ὅρημι pro ὁράω dixere: vt ποθόρημι Theocrit. Idyl. 6, 22. Τιτῆνες autem legitur apud Hom. Il. ξ', 279., vt νηῦς Odyſ. α', 185., et ἑκηβόλος Il. α', 96., aliiſque in locis vtriuſque carminis multis.

*πρῆξις, pro πρᾶξις*] Πρήξιος Hippocr. praecc. 3. p. 61. To. 1. Lind. Sic πρῆγμα Herodo. 1, 32. 129.: v. Etymol. M. v. κρητὴρ p. 538. 27.: ἔπρηξα Herodo. 5, 87.: πρήσσοντα 1, 24.: πρηχθέντων 1, 11.:

11.: ἀξιοθέητος 1, 14.: λησν 5, 42.: vbi v. Valquenarius: νηὸς 2, 63.: νηὺς 1, 131.: νηῦ 1, 26.: ἰητροῖσι 1, 197.: διηκοσίας 1, 32.: τριηκοσίων 2, 100.: τριήκοντα 1, 214.: νεηνιέων 1, 31.: Φλυηρέων 7, 104.: Φλυηρεῦς 7, 103.: πρῆτις 1, 153.: πρήσει 4, 17.: δρηπέτῃσι 6, 11.: δρησμὸν 8, 4.: ἀποδιδρησκόντων 9, 59.: ἄκρητος 1, 207.: v. Gregor. p. 165.: κρητῆρες Herodo. 1, 14.: ἀπειληθέντα 1, 24.: τρηχέως 1, 114.: βιηθεὶς 7, 83.: διήκονος 4, 71.: πρηθῆναι 1, 156.: γεγενεηλόγηται 6, 53.: ἐπὴν, et νεηνίσκος, Hippocr. de princc. 13. 14. p. 120. To. 1.: λίην Id. aphorr. 10, 4.: Ἀμφιάρηος Pindar. Pythionn. 8, 78.: ἀγγελίης Homer. Il. γ', 206.: vbi ſchol. min. Ἰὰς ἡ διάλεκτος· Arrianus Indicc. p. 562. Blanc. θεήσασθαι. Νῆυς, pro ναῦς, Herodo. 8, 90.: Τιτῆνες, pro Τιτᾶνες, Hom. Il. ξ', 279.: Τιτήνας Il. ν', 534. Conf. Doruillius ad Chariton. p. 736. Amſtel. Idem poëta ψῆρας dixit Il. π', 583., ſed ψαρῶν Il. ρ', 755., auribus obſequutus, iudice Gellio NN. AA. 13, 20.

*Lat.* malum ex μῆλον] Immo e forma Dorica, vel Aeolica, μᾶλον, vt *fama* ex φάμα, *plaga* ex πλαγά. vid. Stephanus Paralipp. gramm. Gr. L. inſtitutt. p. 17.

*Dores* — *in* η] Vid. Etymol. M. v. βεᾷ p. 201. 52. et v. ἑῶμι p. 352. 5. Κἠγὼ eſt in fragm. Sophronis apud Demetr. Phaler. περὶ Ἑρμην. ſ. 151., et apud Theocr. Idyl. 2, 118. Idem hic poëta habet ποθορῇ Idyl. 15, 12.: ἐσορῇς, pro ἐσορᾷς, Idyl. 1, 90.: ἐσορῇ, pro ἐσορᾷ, ibid. 87.: ὅρη, pro ὅρα, Idyl. 7, 50.: ἐσορῆτε, pro ἐσορᾶτε, Idyl. 5, 3.: ὁρῇ, pro ὁρᾷ, Timaeus Locr. p. 549. Gal. 2. Sic ἐρώτη, pro ἐρώτα, legitur apud Ariſtoph. Acharnn. 800.: ἐφοίτη, pro ἐφοίτα, apud Theocr. Idyl. 2, 155.: φοιτῇς, pro φοιτᾷς, Idyl. 11, 22.: φοιτῇ Idyl. 2, 98.: ἐτρύπη, pro ἐτρύπα, Idyl. 5, 42.: ὑπερπηδῆτε, pro ὑπερπηδᾶτε,

δᾶτε, ibid. 108. Vid. Gregorius in de diall. p. 104. ſ. et ibi Koenius.

*hoc ipſum Attici imitantur etc.*] Macrobius de differr. verbi Gr. et Lat. p. 687. Gron. *Vnde quae in ῆν deſinunt, vt ζῆν, πεινῆν, διψῆν, non ſunt communia, ſed Dorica, vt ὁρῆν.* Phrynichus Eclogg. p. 18. Pau. Πεινῆν, διψῆν, λέγε, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ ᾶ. Thomas Mag.: Πεινῆν, διψῆν, Ἀττικοὶ, οὐ πεινᾶν, οὐδὲ διψᾶν. Phauorinus, neſciebam vnde: Πεινῆς, διψῆς, καὶ ζῆς, χρῶνται Ἀθηναῖοι: et, Πεινῆν, οὐ πεινᾶν, λέγομεν Ἀττικῶς. Πεινῆν, et διψῆν, leguntur apud Xenoph. Memorr. 2, 1. 30. v. Gregorius d. l. p. 105. Sed fieri poteſt, vt Attici medii, et recentiores, notam vocalis ῑ, quam non pronuntiarent, etiam in infinitiuis huius generis verborum ſcribendis omiſerint.

Ad p. 6. *ſic et ᾱ in η̄ mutant*] Vid. Moeris v. ἐῤῥύπηνα, et Phrynichus Eclogg. p. 10. Sic ἐθέρμηνε apud Eurip. Alceſt. 758.: ἐχθήρειεν Aeſchyl. Supplicc. 496.: σημῆναι Idem Perſſ. 479.: τέκμηρον Idem Prometh. 605.: σήμηνον ibid. 619.: σημήνῃ Plato Cratyl. 17. Videtur autem Atticorum lingua hanc aor. primi formam aſſumſiſſe ex Ionica dialecto. v. Etymol. M. v. κάθαρμα p. 483. 13.: v. ὄνομα p. 626. 28.: v. φῆναι p. 791. 29.: et ſchol. Thucyd. ad 1, 72. Certe legitur apud Homer. Il. β', 488. ὀνομήνω· Il. δ', 141. μιήνῃ· apud Heſiod. Ἔργ. 80. ὀνόμηνε· Θεογον. 138. ἤχθηρε· apud Herodo. 1, 35. ἐκάθηρε· 2, 86. ἐκκαθήραντες· 3, 24. ἰσχνήνωσι· 7, 25. λιμήνειε· etſi in editis nunc libris pro vocali η legitur fere diphthongus ῃ. Sic ἐκνυζῆτο, pro ἐκνυζᾶτο, ex Theocr. Idyl. 6, 30. laudat Gregor. de dial. Dor. p. 121.

*Homericus — τῆ — τάε*] Vid. Il. ξ', 219. Odyſſ. ε', 346. θ', 477. ι', 347. κ', 287. Plurali τῆτε vſus eſt Sophron. v. Suidas v. τῆ. Τῆ autem Dorice ortum eſſe e τάε praecipiunt grammatici doctiſſimi. vid.

vid. Etymol. M. v. τῆ p. 756. 24. Alii τῆ pro τῆθι dictum eſſe docent, vt ſchol. Ariſtoph. ad Auu. 1310. p. 418. Baſil. vid. interpp. Heſychii p. 1378. To. 2. Caeterum Boeotorum lingua vocalem ᾱ interdum mutauit in ῑ. nam pro τράπεζα dixit τρίπεζα. v. Heſychius v. τρίπεζαν.

*pro ᾱ Attici quandoque ō habent*] Certum eſſe videtur, Atticorum ſermonem in nonnullis vocabulis pro vocali ᾱ ſubſtituiſſe vocalem ō. Nam Athen. 3, 24. p. 105. B, τὸν δ' ἀστακὸν, inquit, οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ō ὀστακὸν λέγουσι, καθάπερ καὶ ὀσταφίδας. Conf. Euſtath. ad Il. ν' p. 947. 16. Sed Etymol. M. p. 431. 1. ait, vocalem ō in nomine ὀσταφὶς tantum redundare, vt ᾱ in ἀσταφὶς, pro σταφίς. Sic ἄλοκα, pro αὔλακα Aeſchyl. apud Plut. V. Ariſtid. c. 3. p. 343. To. 2. Tub., et Eurip. Phoenn. 18.: ἄλοκι Ariſt. Auu. 235.: et ἀλοκίζειν, pro αὐλακίζειν, *ſulcos ducere*, Ariſtoph. Veſpp. 846. v. Etymol. M. v. ἄλοξ p. 70. 2. Neque tamen nomen μολόχη laudari debebat, vt exemplum huius vocalium permutationis. Nam Attici quidem dixere μαλάχη· v. Heſiod. Ἔργ. 41. Ariſtoph. Plut. 544.: ſed Dores μολόχη, vt Epicharmus apud Athen. 2, 18. p. 58. E: qui oſtendit in multis Antiphanis exemplaribus ſcriptum extitiſſe μολόχης pro μαλάχης. Nam dialectus Hellenica, ſiue communis, hanc formam nominis Doricam retinuit. Moeris: Μαλάχη, Ἀττικῶς· μολόχη, Ἑλληνικῶς. Sed iam Nicephorus Gregoras excc. grammat. apud Matthaeium p. 4. Anecdd. Grr. To. 1. contra praecipere auſus eſt: Μαλάχη, κοινόν· μολόχη, Ἀττικόν. Geſnerus apud Columellam R. R. 10, 247. pro *moloche* repoſuit *malache*, neſcio, an ſine cauſſa.

*Aeoles στροτὸς pro στρατὸς*] Etymol. M. v. στρατὸς p. 728. 43. Ἀλλὰ μὴν οἱ Αἰολεῖς στροφῶ λέγουσι τὸ ῥῆμα· καὶ στροτὸν λέγουσι τὸ συνεστραμμένον πλῆθος. Ioh. Grammat. p. 91. Οἱ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσιν

ἀντὶ

ἀντὶ μὲν ᾱ τὸ ō τιθέναι· θράσεος θρόσεος, στρατὸς στρότος, ἄνω ὄνω, ἀνέληται ὀνέληται, ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, σταλεὶς στολεὶς. Sic Etymol. M. p. 662. 13. ex Epicharmi Ἁρπαγαῖς laudat πέποσχε pro πέπασχε. Caeterum iſtud exemplum non minus, quam reliqua duo, ὀνεχώρησαν, et ὄνω, huc tranſlata ſunt e Caninii Helleniſmo p. 88. Cren. Conf. Koenius ad Gregor. p. 215. Sic Aeoles pro παῖς dixere πόϊς, et πρoῦς pro πραῢς, e quibus nominibus extitere Latina vocabula *puer*, et *probus*. v. Salmaſius de foen. trapezit. p. 737.

*poëtae* τέττορες] Immo Dores. Euſtath. ad Hom. Odyſ. ά p. 1398. 21. Ἐν τούτοις δὲ ὅρα τὸ τέττορας Δωρικῶς λεχθὲν, ȣ͂ εὐθεῖα κεῖται παρ' Ἡσιόδῳ· cuius locus in ipſa grammatica laudatus eſt, vt in Etymol. M. v. τέτορε p. 754. 10., vbi tamen pro ἡβώῃ legitur ἡβώοι. Τεττόρων habet Timaeus Locrus p. 549. Gal. 2. add. Alcidam. p. 75. To. 8. Reiſq. Ὁρόω legitur apud Hom. Il. έ, 244., vt ὁρόων Il. ά, 350.: ὁρόωντες Il. ρ́, 637.: βοόωντες Il. β́, 97.: λαμπετόωντι Il. ά, 104.: γελόωντες habet Heſiod. Ἀσπ. 283.: κορωνιόωντα Id. Ἀσπ. 289. Sed haec ipſa participii pluralis forma non minus, quam aliorum temporum formae, huius, aliorumque eiuſmodi verborum, vt εἰσορόωτε Odyſ. θ́, 341. εὐχετοώμην Odyſ. θ́, 467. αἰτιόῳο Odyſ. ύ, 135., loqui videntur, ō eſſe inſiticiam literam, quae non ſuppleat vicem literae ᾱ. v. Euſtathius ad Il. ά p. 30. ſ. et Etymol. M. v. ἀντιόωσα p. 113. 48.

*marmor ex* μάρμαρον] Ita ſtatuit iam Priſcianus gram. 1. p. 19. Baſil., cuius ex libris multa huius generis alia eſſe a Tellero in hoc Velleri opuſculum tranſlata animaduertimus.

κόππα] Hoc vero nomen eſt, non στοιχείȣ, ſed ἐπισήμȣ, notae numeri noningenarii, vt ſupra ſignificauimus: et κοππατίαι dicti ſunt *equi, quorum clunibus*

vid. Etymol. M. v. τῆ p. 756. 24. Alii τῆ pro τῆθι dictum eſſe docent, vt ſchol. Ariſtoph. ad Auu. 1310. p. 418. Baſil. vid. interpp. Heſychii p. 1378. To. 2. Caeterum Boeotorum lingua vocalem ᾱ interdum mutauit in ῖ. nam pro τράπεζα dixit τρίπεζα. v. Heſychius v. τρίπεζαν.

*pro ᾱ Attici quandoque ō habent*] Certum eſſe videtur, Atticorum ſermonem in nonnullis vocabulis pro vocali ᾱ ſubſtituiſſe vocalem ō. Nam Athen. 3, 24. p. 105. B, τὸν δ' ἀστακὸν, inquit, οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ō ὀστακὸν λέγουσι, καθάπερ καὶ ὀσταφίδας. Conf. Euſtath. ad Il. ν' p. 947. 16. Sed Etymol. M. p. 431. 1. ait, vocalem ō in nomine ὀσταφὶς tantum redundare, vt ᾱ in ἀσταφὶς, pro σταφίς. Sic ἄλοκα, pro αὔλακα Aeſchyl. apud Plut. V. Ariſtid. c. 3. p. 343. To. 2. Tub., et Eurip. Phoenn. 18.: ἄλοκι Ariſt. Auu. 235.: et ἀλοκίζειν, pro αὐλακίζειν, *ſulcos ducere*, Ariſtoph. Veſpp. 846. v. Etymol. M. v. ἄλοξ p. 70. 2. Neque tamen nomen μολόχη laudari debebat, vt exemplum huius vocalium permutationis. Nam Attici quidem dixere μαλάχη· v. Heſiod. Ἔργ. 41. Ariſtoph. Plut. 544.: ſed Dores μολόχη, vt Epicharmus apud Athen. 2, 18. p. 58. E: qui oſtendit, in multis Antiphanis exemplaribus ſcriptum extitiſſe μολόχης pro μαλάχης. Nam dialectus Hellenica, ſiue communis, hanc formam nominis Doricam retinuit. Moeris: Μαλάχη, Ἀττικῶς· μολόχη, Ἑλληνικῶς. Sed iam Nicephorus Gregoras exc. grammat. apud Matthaeium p. 4. Anecdd. Grr. To. 1. contra praecipere auſus eſt: Μαλάχη, κοινόν· μολόχη, Ἀττικόν. Geſnerus apud Columellam R. R. 10, 247. pro *moloche* repoſuit *malache*, neſcio, an ſine cauſſa.

*Aeoles στροτὸς pro στρατὸς*] Etymol. M. v. στρατὸς p. 728. 43. Ἀλλὰ μὴν οἱ Αἰολεῖς στροφῶ λέγουσι τὸ ῥῆμα· καὶ στροτὸν λέγουσι τὸ συνεστραμμένον πλῆθος. Ioh. Grammat. p. 91. Οἱ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσιν

ἀντὶ

ἀντὶ μὲν ᾱ τὸ ō τιθέναι· θράσεος θρόσεος, ϛρατὸς ϛροτὸς, ἄνω ὄνω, ἀνέληται ὀνέληται, ἀνεχώρησεν ὀνεχώρησεν, ϛαλεὶς ϛολεὶς. Sic Etymol. M. p. 662. 13. ex Epicharmi Ἁρπαγαῖς laudat πέποσχε pro πέπασχε. Caeterum iſtud exemplum non minus, quam reliqua duo, ὀνεχώρησαν, et ὄνω, huc tranſlata ſunt e Caninii Helleniſmo p. 88. Cren. Conf. Koenius ad Gregor. p. 215. Sic Aeoles pro παῖς dixere πόϊρ, et πρoῦς pro πραῦς, e quibus nominibus extitere Latina vocabula *puer*, et *probus*. v. Salmaſius de foen. trapezit. p. 737.

*poëtae* τέττορες] Immo Dores. Euſtath. ad Hom. Odyſ. ά p. 1398. 21. Ἐν τέτοις δὲ ὅρα τὸ τέττορας Δωρικῶς λεχθὲν, ȣ̃ εὐθεῖα κεῖται παρ' Ἡσιόδῳ· cuius locus in ipſa grammatica laudatus eſt, vt in Etymol. M. v. τέτορε p. 754. 10., vbi tamen pro ἡβῷη legitur ἡβῷοι. Τεττόρων habet Timaeus Locrus p. 549. Gal. 2. add. Alcidam. p. 75. To. 8. Reiſq. Ὁρόω legitur apud Hom. Il. έ, 244., vt ὁρόων Il. ά, 350.: ὁρόωντες Il. ρ', 637.: βοόωντες Il. β', 97.: λαμπετόωντι Il. ά, 104.: γελόωντες habet Heſiod. Ἀσπ. 283.: κορωνιόωντα Id. Ἀσπ. 289. Sed haec ipſa participii pluralis forma non minus, quam aliorum temporum formae, huius, aliorumque eiuſmodi verborum, vt εἰσορόωτε Odyſ. θ', 341. εὐχετοώμην Odyſ. θ', 467. αἰτιόῳο Odyſ. ύ, 135., loqui videntur, ō eſſe inſiticiam literam, quae non ſuppleat vicem literae ᾱ. v. Euſtathius ad Il. ά p. 30. ſ. et Etymol. M. v. ἀντιόωσα p. 113. 48.

*marmor ex* μάρμαρον] Ita ſtatuit iam Priſcianus gram. 1. p. 19. Baſil., cuius ex libris multa huius generis alia eſſe a Tellero in hoc Velleri opuſculum tranſlata animaduertimus.

κόππα] Hoc vero nomen eſt, non ϛοιχεῖȣ, ſed ἐπισήμȣ, notae numeri noningenarii, vt ſupra ſignificauimus: et κοππατίαι dicti ſunt *equi*, *quorum clu-*

*nibus*

*nibus inuſta eſt nota koppa.* vid. Scaliger animaduerſſ. ad chron. Euſeb. p. 116.: Bentleius ad Callim. fragm. 355. et nos ad Anacr. odar. 55, 1.

*pro ᾱ eſt — ῡ*] Etymol. M. v. καλινδοῦμαι p. 486. 9. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ ῡ εἰς ᾱ [leg. τὸ ᾱ εἰς ῡ] τρέπουσι, τὰς σάρκας σύρκας λέγοντες. Idem v. σάρκας p. 708. 31. ἐτυμώτερον δὲ λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς σύρκα· — τὰς γὰρ σάρκας σύρκας λέγουσιν οἱ Δωριεῖς. Heſychius: Συρκέσι· σαρξίν· Αἰολεῖς. Etymol. M. v. βύκχις p. 216. 47. Βύκχις· ὄνομα Αἰολικόν· παρὰ τὸ βάκχος, βάκχις, καὶ βύκχις· — καὶ τροπῇ τοῦ ᾱ εἰς ῡ, ὡς βάθος, βυθίς. Heſychius: Πέσσυρες· τέσσαρες· Αἰολεῖς. Idem: Πέσσυρα, πίσυρα· τέσσαρα. Apud Hom. Odyſ. έ, 70. eſt πίσυρες. v. Etymol. M. v. πίσυρες p. 673. 32. E verbis γλύφω, et γλάφω, nata ſunt verba Latina *ſculpo*, et *ſcalpo*. vid. Salmaſius exercc. Solinn. p. 33. b.

*pro ᾱ — ω̄ poëtice*] Immo Ionice. Nam apud Il. ή, 157. eſt ἡβώοιμι· Il. ί, 446. ἡβώοντα· Il. ώ, 604. ἡβώοντες· vt Odyſ. γ', 354. ζώω· apud Herodo. 1, 31. ζώειν· et apud Eurip. Alceſt. 713. ζώοις. Huc referenda eſſe putamus verba ἐξωνεῖλον, et ἀπωνέδοντο, quae a Ioh. Grammat. p. 79. et Gregorio p. 209. ita laudantur, vt ſyllabam ω̄ν praecipiant eſſe inſiticiam. Nam, Ἀεὶ, inquit ille, τὴν ω̄ν συλλαβὴν περισσὴν τιθέασι [Iones] μεταξὺ τῶν προθέσεων· ἐξωνεῖλον, καὶ ἀπωνέδοντο, ἀντὶ τοῦ ἐξεῖλον, καὶ ἀπέδοντο. Sed apud Hom. Odyſ. έ, 69. in partic. ἡβώωσα, ω̄ videtur eſſe inſiticium. v. Euſtath. ad Il. ά p. 31. 1.

*Attice* κρώζω] Etymol. M. v. κραυγὴ p. 536. 53. Τὸ δὲ κράζω ἀναλογώτερόν ἐστι τοῦ κρώζω τοῦ παρὰ Ἀθηναίοις. Sic παιωνίσαντες, pro παιανίσαντες, Thuc. 4, 43.: ἐπαιώνιζον Idem 2, 91.: παιωνισμὸς Idem 7, 44.

*Ionice* χρειὼ] Hom. Il. ά, 341., aliiſque in locis. Euſtathius ad Il. θ' p. 693. 11. Χρεία μὲν

γὰρ

γὰρ τὸ κοινόν· ὁ δὲ Ἰωνίζων χρεὼ λέγει. Sic δεδέξωσθε, pro δεδόξασθε, eſt apud Herodo. 7, 135.: vbi v. interpp. Ὠγαθὸν habet Epicharmus apud Athen. 8, 16. p. 363. F. Ὤριστος legitur multis in locis Iliadis, et Odyſ. ρ', 416. Etymol. M. h. v. p. 823. 55. Ὤριστος ἀντὶ τοῦ ἄριστος, Βοιωτικῶς, τραπέντος τοῦ ᾱ εἰς ω̄. At ὤριστος haud dubie extitit ex ὁ ἄριστος, vt ὠυτὸς [Hom. Il. ε', 396.] ex ὁ αὐτὸς *idem.* nam Iones delectati ſunt ſpiritu leni. v. Barneſius ad Il. λ', 288. et Valquenarius ad Phoenn. p. 340. Etymol. M. p. 826. 1. Ὠυτὸς ἀνήρ· ἔστιν ὁ αὐτός· κατὰ κρᾶσιν τοῦ ᾱο̄ [f. ο̄ᾱ] εἰς ω̄ μέγα γίνεται ὠυτός· etſi non ignoro, in Lexico Phauorini, auctore Gregorio de dial. Ion. p. 196., tradi haec, Ὠυτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἴωνές φασι, τῷ ω̄ χρώμενοι ἐν τῇ διφθόγγῳ, ἀντὶ τοῦ ᾰ, οἷόν ἐστι καὶ τὸ θωυμάσας ἀντὶ τοῦ θαυμάσας· vt ſchol. 1. Dionyſ. Perieg. ad v. 271. notauit iſta, Ὠυτός· Ἰωνικόν, ἀντὶ τοῦ αὐτός. Ioh. Gram. de dial. Ion. p. 77. Τῷ ω̄ ἀντὶ τοῦ ᾱ ἔσθ' ὅτε χρῶνται Ἴωνες, ὤνθρωπον λέγοντες, ὤριστον, vt Gregor. p. 193. Sic etiam ὦλλοι, quod apud Herodo. 1, 14., multiſque in locis aliis, legitur, pro quo in Veſſelingiano quoque exemplo fere ſcriptum extat ὦλλοι, contractum eſt ex οἱ ἄλλοι, ita, vt 8, 68. pro οἱ μὲν δὴ ὦλλοι haud dubie reſcribi οἱ μὲν δὴ ἄλλοι debeat, vt 1, 125.: vbi v. Gronou. Etymol. M. v. ὦλλοι p. 821. 39. Ὦλλοι ἀντὶ τοῦ οἱ ἄλλοι· αἱ τοιαῦται δὲ συναλοιφαὶ τῆς δευτέρας εἰσὶν Ἰάδος, ᾗ Ὅμηρος οὐκ ἐχρήσατο. Διόπερ Ζηνοδότῳ μέμφονται, εἰπόντι δεῖν ἀναγινώσκειν, Ὦλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες [Il. β', 1.]. Haec ipſa obſeruatio legitur apud ſchol. Apol. Rhod. ad 1, 1081. Ὦλλοι μέν ῥα· ἡ τοιαύτη συναλοιφὴ τῆς νεωτέρας Ἰάδος ἐστί. Διὸ μέμφονται Ζηνοδότῳ, εἰπόντι, Ὦλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες· οὐ κέχρηται γὰρ ταύτῃ Ὅμηρος. Conf. Gregor. p. 193. ſſ.

*licet alii nobiles grammatici*] Quo quidem in numero eſt, praeter Stephanum in Ind. Theſauri v. ὤρχμενος, Pe. Anteſignanus ad Clenardi inſtitutt. L. Gr. p. 289. Hanou. min., qui tamen etiam ὤρχμενος pro ἀρχόμενος probat. Verba Etymologi M. p. 724. 11. ipſa ſunt haec, Ὤρχμενος· ἄρχω, ἀρχόμενος· καὶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπῇ, ὤρχμενος.

*compoſita ex γαῖα*] Vid. Etymol. M. v. γαῖα p. 222. 48. Γαιάοχος Ποσειδῶν legitur apud Pindar. Olympionn. 1, 39., vt apud Sophocl. Oedip. Colon. 1114. τὸν πόντιον γαιάοχον.

Ad p. 7. *ad Anacr. odar.* 3, 29.] Et Voſſius ad Pompon. Mel. 2, 7. p. 517. Gron., omninoque Scaliger de cauſſis L. L. c. 26., qui Lat. *Aeſculapius* recte docet extitiſſe ex Aeolica Graeci nominis forma Αἰσκληπιός. Conf. Priſcian. 1. p. 30. Baſ.

*pro σπαίρω, palpito*] Sic ἀσπαίρουσι apud Antiphont. p. 652. To. 7. Reiſq. vid. Euſtath. ad Il. ν' p. 947. 14. Moeris: Ἀσταφὶς, Ἀττικῶς· σταφὶς, Ἑλληνικῶς. Conf. Etymol. M. p. 431. 1., et Ioh. Grammat. de diall. p. 75. Baſil. Gregor. p. 214. Euſtath. ad Il. ν' p. 947. 15. Οὕτω δὲ πλεονασμὸς τοῦ α ἐστὶ ἐν τῷ ἄσταχυς· σταχὺς γὰρ τὸ κοινόν· καὶ ἐν τῷ ἀσταφίς· σταφὶς γὰρ τὸ ἀπλεόναστον· — καὶ τὸ ἄνηστις ἐκ τοῦ νῆστις, ὡς παρὰ Κρατίνῳ, καθὰ γράφει Ἀθήναιος· Οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις. Locus Athenaei eſt 2, 7. p. 47. A, Ὅτι τὸ ἄνηστις, ἤτοι νῆστις, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς στάχυς ἄσταχυς, παρὰ Κρατίνῳ κεῖται. Ἀσταφίδων habet Herodo. 2, 40.: ἀσταχύεσσιν Hom. Il. β', 148.: ἀσταχύων Herodo. 5, 92. 6. Hippocr. de ſemeſtr. c. 1. p. 167. To. 1. Lind. Conf. Suidas v. ἄσταχυς, et Ioh. Grammat. de dialectis p. 75. Baſil. Sic ἄωρος, pro ὦρος, *ſomnus*. Etymol. M. v. ἄωροι p. 117. 14. Ὦρος, καὶ ἄωρος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α μηδὲν πλέον σημαίνοντος· ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος. Καλλίμαχος

μαχος [fragm. 150. Bentl.], Πολλάκι καὶ κανθᾶν ἤλασα ὦρον ἀπό· καὶ Σαπφὼ [fragm. 198. Lyc.], Ὀφθαλμοῖς δὲ μέλας χύτ' ἄωρος.

ὁράα, *pro* ὁρᾷ, *videt*] Ὁράας Callim. h. in Apol. 4. Sic μνάασθαι Hom. Odyſ. α΄, 39.: μνάα Odyſ. π΄, 431.: ἐάας Odyſ. τ΄, 374.: ἐάαν Odyſ. θ΄, 509.: ἐλάαν Odyſ. γ΄, 484.: περάαν Il. β΄, 613.: ἐξελάαν Heſiod. Θεογ. 491.: μηχανάαται Id. Ἔργ. 241.: μειδιάα Oppian. Halieutt. 3, 228.

πυλαωρὸς — *ianitor*] Sic σαωτὴρ, pro σωτὴρ, apud Simoniden fragmm. p. 157. Vrſin.: σαωτήρων Callim. h. in Del. 166.: κεράατα Oppian. Cynegg. 2, 513.: v. nos ad Anacr. odar. 2, 1.: τεράατα Quintus Calab. 6, 275.

λῃστάων, *pro* λῃστῶν, *latronum*] Θεάων habet Hom. Odyſ. α΄, 14.: vt θυράων ibid. 107. Sic πασάων Theocr. Idyl. 13, 48.: πολλάων Hom. Il. β΄, 117.: vbi ſchol. min. πολλάων· πολλῶν· ἔστι δὲ ὁ τρόπος ἐπέκτασις, ἴδιος Ἰώνων· μελισσάων Id. ibid. 87.: vbi ſchol. min. Μελισσάων· μελισσῶν· ἔστι δὲ τὸ σχῆμα ἐπέκτασις, ἴδιον Αἰολέων, καθάπερ τὸ μελισσέων Ἰώνων· add. Gregor. p. 271.: μυιάων Il. β΄, 469.: vbi ſchol. min. μυιάων· μυιῶν· Βοιωτικὴ ἡ διάλεκτος· αἰειγενετάων Il. β΄, 400.: αἰχμητάων Il. α΄, 152.: μελαινάων ὀδυνάων Il. δ΄, 191. Nam ſchol. Theocriti ad Idyl. 15, 88. Οἱ γὰρ Δωριεῖς, inquit, πλατυστομοῦσι τὸ α πλεονάζοντες. v. Stephanus Paralipomm. p. 14. ſſ. Τάων, pro τῶν, legitur etiam apud Theocr. Idyl. 22. 161. et Callim. h. in Dian. 224.: vt οὖας, pro οὖς, *auris*, apud Simoniden fragmm. p. 169. Vrſin.: οὐάτων, pro ὤτων, apud Eurypham. Pythagor. p. 668. Gal. 2.: Ὠαρίων, pro Ὠρίων, apud Callim. h. in Dian. 265.: v. Politianus miſcell. c. 69.: Ὠαριωνείαν ap. Pindar. Iſthmionn. 4, 83. Sic Iones pro Λαερτίδης, et Πηλείδης, dixere Λαερτιάδης

E 2 [Hom.

[Hom. Il. γ', 200.], et Πηλειάδης. v. Gregor. p. 231. ſ. grammat. Merman. p. 323.

*Ionice in tert. plur. etc.*] Vid. Euſtath. ad Il. ψ' p. 1301. 2. et Gregor. p. 229. ſſ. In editt. Lipſſ. primis legitur: εἰρέαται, βεβλέαται *pro* βέβληνται. *Sic et in pluſquamperfecto* ἐτετύφατο *pro* ἐτέτυφντο· *porro:* τυπτοίατο *pro* τύπτοιντο. τυψοίατο *pro* τύψοιντο. κεκλίαται *pro* κέκλινται. *Huc* τιθέασι *pro* τιθεῖσι. τυπτέαται *pro* τύπτεται. Sed ſicut poſt verba, *paſſiuae terminationis*, addi poſſunt verba, *et mediae:* vt, βουλοίατο Herodo. 1, 3.: λυπεοίατο Id. 1, 99.: ἐργασαίατο Ariſtoph. Auu. 1147.: ὑφελοίατο Id. Nubb. 1201.: ita pro ἐτετύφαντο reſcribi debet ἐτετύφντο, vt κατεστράφατο, pro κατεστράφντο, Herodo. 1, 27.: et verba, *Sic* τιθέασι — τύπτεται, tanquam aliena, neque ad rem pertinentia, inducenda ſunt. Plura autem huius generis exempla a nobis in capite de verbis ſuo loco proponentur.

Ad p. 8. στεροπὴ *pro* ἀστεροπὴ] Hom. Il. λ', 66. 83. 184., vt στραπὴ, pro ἀστραπή. v. Etymol. M. v. κινώκη p. 514. 31.

Παιδνὸς — *puerilis*] Legitur apud Homer. Odyſ. φ', 21. ω', 237.: ſed grammatici veteres id extitiſſe docent e verbo παίζω, vt ἀγνὸς e verbo ἀγάζω. v. Etymol. M. v. ἄγνος p. 12. 5. v. ἀκεδνὸς p. 48. 16. v. παιδνὸς p. 657. 55. et Euſtath. ad Odyſ. φ' p. 1900. 3. Certe Tellerus debebat potius praecipere, παιδνὸς extitiſſe e παιδινός. De forma praeter. κέκληκα v. Etymol. M. h. v. p. 499. 49. et Georgius Hierocrit. 1. p. 181. Sic κεβλὴ, pro κεβαλὴ, vt Macedones [v. Etymol. M. v. Βέροια p. 195. 39.] ſcripſere pro κεφαλὴ, legitur apud Callim. fragm. 140. Bentl. Etymol. M. p. 498. 41. Κεβλὴ ἐκ τοῦ κεφαλὴ γίνεται κατὰ συγκοπήν. Et ἔοιγμεν, pro ἐοίκαμεν.

μεν, extat apud Sophoclem Aiac. 1263.: vbi v. Triclin. De nominibus autem adiectiuis ἔξκλινος, et ἔξπεν, quibus Attici vſi ſunt pro ἐξάκλινον, et ἐξάπεν, vid. Etymol. M. v. ἐξάκλινον p. 346. 14.

*Iones aſpiratas in ten. vert. etc.*] Phauorinus in κιθών, neſciebam vnde, fortaſſe e Gregor. p. 193.: Κιθών· Ἰωνικῶς, ἀντὶ τȣ̃ χιτών· τρέπȣσι γὰρ οἱ Ἴωνες τὰ δασέα εἰς ψιλὰ, καὶ τὰ ψιλὰ εἰς δασέα· οἷον ἀκάνθιον ἀχάντιον, καὶ βάτραχος βάθρακος, καὶ τὰ ὅμοια. Apollon. Synt. 1, 25. p. 61. Sylb. τὰ ψιλὰ εἰς δασέα μετατιθέασιν οἱ Ἴωνες, καὶ τὰ δασέα εἰς ψιλά· ὡς ἐπὶ τȣ̃ τάφος, τεθηπότες, ἐνθαῦτα· [Herodo. 2, 68. v. Gregor. p. 220.] καὶ ἐπὶ τῶν συναλοιφῶν, κατερᾶς πόλιν. add. Ioh. Grammat. p. 77. Gregor. p. 185. Euſtathius ad Il. δ′ p. 468. 27. et Etymol. M. v. θρέψας p. 454. 40. Innumera huius literarum tenuium, et adſpiratarum, commutationis exempla in vnius Herodoti libris inueniuntur: vt, ȣ̓κ, ὡς 1, 16.: v. Gregorius p. 185.: ȣ̓κὶ 1, 132.: ἐπ᾽ ᾧ τε 1, 22.: μεταῦτις 1, 62.: Hellad. Chreſtom. p. 24. Meurſ. ὅτι τὸ μὲν αὖτις Ἰωνικόν· τὸ δὲ αὖθις Ἀττικόν. add. Gregor. p. 224. Sic ἀπικόμενον, ἀπηγέεσθαι, 1, 24.: ἀξιαπηγητότατα 1, 16.: κατήμενος 1, 183.: κάτισε 1, 88.: προκατίζων 1, 14.: κάτισον 1, 89.: ἀπίςασθαι 1, 95.: ἐπορᾷ 1, 10.: ὑπεδέκετο 1, 24.: ἐκδεκόμενος 1, 7.: ἀπίκετο, et ἀπῖκται, 1, 30.: τηνικαῦτα 1, 17. Sic Ξάντιππον Timocreon ap. Plut. V. Themiſt. c. 21. p. 304. To. 1. Tub. Etymol. M. v. ἀμπεχόνη p. 85. 48. Ἰςέον, ὅτι ἡ ἀμφὶ πρόθεσις λέγεται καὶ ἀμπὶ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν· οἷον ἀμπεχόνη, ἀμπίσχȣσα. Sic Attici veteres pro κολοκύνθα dixere κολοκύντη. v. Gregor. p. 68. Πανὸς, pro φανὸς, h. e. λαμπὰς, laudatur ex Euripidis Alcmena a Polluce 10, 117., et ab Athenaeo 15, 18. p. 700. E etiam ex Aeſchyli Agamemnone: qua in fabula v. 292. hodie φανὸν le-

gitur pro πανόν. Et ἐπὶ τὸν κατήλιφ' εὐθὺς ἀνεπηδήσαμεν habet Ariſtoph. Rann. 574. Caeterum pro *mentha* reſcribi ita debet *menta*. Priſcian. 8. p. 338. Baſ. *Itaque* triumpho *Graecum eſt* ἀπὸ τȣ̃ θριαμβεύειν· *ſed tranſlatio fuit aſpirationis a prima ad poſtremam ſyllabam, quomodo* κύθρα *pro* χύτρα, ἐνθαῦτα *pro* ἐνταῦθα, *quod eſt Ionicum: ad cuius imitationem Latini pro* θρίαμβος triumphus, *per tranſmutationem aſpirationis, protulerunt. Ideo tamen* b *in* p *conuerſa eſt, quia* b *aſpirari non poteſt.* Κιθῶνι Herodo. 1, 8.: κιθῶνας 1, 50.: κυθριδίοις, pro χυτριδίοις, Clem. Alex. paedag. 2. p. 141. B Colon.: ἐνθεῦτεν Herodo. 1, 9. 17. 27.: ἐνθαῦτα 1, 48. 2, 30. v. Gregorius de dial. Ion. p. 220. Κυθρογαύλȣς, pro χυτρογαύλȣς, legitur apud Ioſeph. Archaeol. 8, 3. 6. p. 425. To. 1. Hauerc. Etymol. M. v. θρέψας p. 454. 40. Οἱ γὰρ Ἴωνες ἔθος ἔχȣσι τὸ παρ' ἡμῖν ψιλȣ́μενον εἰς δασὺ τρέπειν· τὴν γὰρ χύτραν παρὰ τὸ χέειν ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς, κύθραν λέγȣσι. Sed Siculi κύτραν, et κιτῶνα, dixere pro χύτραν, et χιτῶνα· v. Ioh. Grammat. p. 89. Gregor. de dial. Dor. p. 158. et ibi Koenius: et Attici veteres φιδάκνη pro πιθάκνη· v. Suidas v. πιθάκνη, et Moeris v. φιδάκνη, et ibi Pierſon. p. 393.

Ad p. 34. *errat hic Triclinius etc.*] Etiam haec obſeruatio tranſlata huc eſt e Caninii Hellen. p. 17. Nam Triclinius ad verba Sophoclis Aiac. 817. Οἱ δ' ἀντηλίȣς notauit p. 178. Cantabr. haec, τὸ ἀντηλίȣς ἀπὸ τȣ̃ ἀντολίȣς γέγονε, κατὰ τροπὴν τȣ̃ ο̄ εἰς η̄, ὥσπερ καὶ τὸ φυτοκόμος φυτηκόμος· τȣ̃το δὲ διὰ τὸ μέτρον ȣ̃τω γέγονεν. Οὐ χρὴ τοίνυν ἀντολίȣς γράφειν· μακρὰ γὰρ ὀφείλει εἶναι ἡ συλλαβὴ αὕτη· ἀλλ' ȣ̓δὲ πάλιν ἀνθηλίȣς, ὡς ἔν τισι βιβλίων εὕρηται· ȣ̓ γὰρ ἀπὸ τȣ̃ ἥλιος γίνεται, ἀλλ', ὡς εἴρηται, κατὰ τροπὴν τȣ̃ ο̄ εἰς η̄. Etymol. M. p. 112. 42. Ἀντήλιος· ἴσος ἡλίῳ.

pro

*pro* β̄ *ſumunt* γ̄ *Dores — p.* 1534. 63. *Rom.*] In editt. libelli Lipſſ. primis, et Batauis, legitur, *vt:* γλέφαρα *Euſtath. Dorice dici tradit pro* βλέφαρα *palpebrae.* Verba Euſtathii ſunt haec, Ὅτι δὲ τὰ βλέφαρα γλέφαρά φασιν οἱ Δωριεῖς, δηλοῖ καὶ Πίνδαρος. Nam legitur apud Pindar. Pythionn. 4, 216. γλεφάρων, et Iſthmionn. 8, 99. ἐπὶ γλεφάροις. Phauorinus, neſciebam quo auctore: Βλέφαρα, κοινῶς· γλέφαρα, Δωρικῶς. v. Salmaſius exercc. Salinn. p. 46. b et p. 216. b. Sic iidem Dores pro βλήχων *pulegium* dixere γλήχων, vel γλάχων. v. Koenius ad Gregor. p. 16. ſ. Certe apud Theocr. Idyl. 5, 56. eſt γλάχων' ἀνθεῦσαν, et apud Ariſtoph. Acharnn. 861. τὰν γλάχων', et v. 869. τᾶς γλάχωνος· vbi Boeotus quidam loquens inducitur. Alii vero β̄ hoc in nomine pro γ̄ ſubſtitutum eſſe docent, in his ipſe Plinius H. N. 20, 55. Hard., quod guſtatum pecore, capriſque, balatum concitet. add. Suidas v. βλήχων.

*in Theocr. v.* 93.] Verba Nicandri ſunt, ὀδελοῦ δέ οἱ αἴσιον ὁλκήν· vbi ſcholiaſtes, τὸ δὲ ὀδελοῦ, inquit, ἀντὶ τοῦ ὀβελοῦ, Δωρικῶς, ἤγουν Αἰολικῶς. Heſychius: Ὀδολκαί· ὀβολοί. Κρῆτες. Sed apud Ariſtoph. Acharnn. 796., vbi Megarenſis quidam loquitur, ὀδελὸς, pro ὀβελὸς, *veru*, legitur: vbi ſchol. notauit haec, Βοιωτοὶ τὸν ὀβελὸν, ὀδελὸν λέγουσι. v. Etymol. M. v. ὀβελίσκος p. 613. Gregorius p. 109. Τὸ ὀβελὸς ὀδελὸς λέγουσι [Dores]. Sic fuere, qui apud Theocr. Idyl. 5, 27. δήλεται acceperint pro βούλεται· vbi v. ſchol.

*Macedonice in* ζ̄ *vt* ζέρεθρον] Euſtathius ad Il. θ' p. 695. 34. Ὅτι δὲ τὸ βέρεθρον ζέρεθρον Μακεδόνες φασὶ, καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται· et ad Odyſſ. μ' p. 1715. 38. Τὸ δὲ βέρεθρον, κοινῶς μὲν βάραθρον· κατὰ Μακεδόνας δὲ, φασὶ, καὶ ζέρεθρον λέγεται. Phauorinus v. ἐπέβρισαν [Λυκίων ἀγοί], ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἐπεζάρησαν οἱ Ἀρκάδες φασίν· οἷον παρ' Εὐρι-

Εὐριπίδη [Phoenn. 45.], τὸ, Ὡς δ' ἐπεζάρει Σφίγξ· εἰ δὲ καὶ ζέρεθρον τὸ βάραθρον οἱ αὐτοί φασιν, ὃ πάνυ δῆλον, εἰ ῥητῶς πȣ εὑρεθείη παρασημανθὲν ὑπό τινος Γλωσσογράφȣ· quae ſunt verba Euſtathii ad Il. μ' p. 909. 26. Sic etiam ζέλλειν iidem pro βάλλειν dixiſſe videntur. Heſychius: Ζέλλειν· βάλλειν. Etymol. M. p. 408. 42. Ζέλλω, τὸ βάλλω· ἐξ ȣ ζέλλειν, τὸ βάλλειν. Sed nonnullis in verbis Aeoles pro β̄ etiam literas μ̄, et π̄, poſuere: vt, βάρμιτος, pro βάρβιτος· v. Etymol. M. v. βάρβιτος p. 188. 20.: πολύλιμος, pro βέλιμος· v. Plut. ſympoſſ. 6, 8. p. 694. A To. 2. Sic etiam Ἄμπραξ, et Ἀμπρακία, veteres ſcripſere pro Ἄμβραξ, et Ἀμβρακία· v. Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. 492. Atque huc pertinet nomen Ἀμαντία, pro Ἀβαντία, quo Antigonus vſus eſt in deſcriptione Macedoniae, κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τȣ̃ β̄ εἰς μ̄. Nam Latini literam *b* in literam *m* mutarunt multis in vocabulis. v. Stephanus Byzant. v. Ἀβαντὶς, et ibi Berquelius p. 5. Sed ſcripturam nominum τερέμινθος Ioſu. 17, 9., et τέρμινθον c. 24, 26., in cod. Vatic., et τερεμίνθȣ Gen. 14, 6. in cod. Alex., pro τερέβινθος, τερέβινθον, τερεβίνθȣ· πάλσαμα, pro βάλσαμα, apud Pauſan. 9, 28. p. 764.: vel praua peperiſſe pronuntiatio videtur, vel figura literae β̄ haec ū, qua librarii putarint exprimi literam μ̄. v. nos ad Palaephat. 21, 11.

*ἀμφιλαφὴς pro ἀμφιλαβὴς*] Etymol. M., v. ἀμφιλαφὲς p. 91. 22. Ἀμφιλαφές· τὸ δασὺ, τὸ ἑκατέρωθεν ληπτὸν, ἀμφιλαφὲς, κατὰ συγγένειαν τȣ̃ β̄ εἰς φ̄. Ipſi tamen huius Lexici conditori videbatur ductum eſſe a nomine ἀφὴ, vt aliis a verbo λάφω. Vid. Portus Lex. Ion. et Dor. h. v., atque Rhunquenius ad Timaei Gloſſ. Platon. p. 26. ſ. ed. ſec.

*Syracuſano, et Laconico, more voc. praepon. — — dici annotat*] Scilicet Aeoles, et Lacones, et Cretes, et Pamphylii, etiam Syracuſani, litera β̄ ſic vſi

ſunt

ſunt pro digamma, vt Vellerus infra, vbi de hac figura ſpiritus denſi diſputat, ipſe docet. Etymol. M. v. δερβιςὴρ p. 257. 51. Δερβιςήρ· τὸ δέρμα· παρὰ τὸ δέρος, δεριςήρ· καὶ πλεονασμῷ τȣ β̄· πλεονάζȣσι δὲ τὸ β̄ Συρακȣ́σιοι· ὡς ἐπὶ τȣ̃ ὀλβάχνιον. Heſychius: Βείκατι· εἴκοσι· Λάκωνες. Ἔβασον· ἔασον· Συρακȣ́σιοι. Sic Pamphylii pro φάος dixere φάβος, βαβέλιος pro αέλιος, ὀρȣ́βω pro ὀρȣ́ω· v. Heraclides apud Euſtath ad Odyſ. κ' p. 1654. 20.: Cretes βαλικιώτης pro ἡλικιώτης· v. Heſychius h. v.: et αβέλιον pro αέλιον· v. Heſychius h. v.: Aeoles σίβδη pro σιδη, αλιβδύειν pro αλιδύειν· v. Etymol. M. v. αλιβδύειν p. 63. 15.: locus Lycophronis, ibi laudatus, extat Caſſandr. 351. Conf. Portus Lex. Pindar. p. 117. et Spanhem. ad Callim. h. in L. P. 28. 72. Caeterum verba, *ſic ὠὸν — epiſt.* 94., in exemplis Lipſſ. primis, et Batauis, non leguntur.

*Aeoles ante ρ̄ — habet κ̄, δ̄, τ̄.*] Sic praecipit etiam Gregorius p. 270. Sed literis his tribus κ̄, δ̄, τ̄, addi debet litera ζ̄. Apollon. Dyſc. exc. grammat. p. 435. Μὴ γὰρ ἄλλοτε οἱ Αἰολεῖς προτίθενται τὸ β̄ τῷ ρ̄, εἰ μὴ τὸ δ̄ ἐπιφέροιτο κατὰ τὴν ἑξῆς συλλαβὴν, ἢ τὸ συγγενὲς ζ̄, ἢ τὸ συγγενέςερον τ̄. — Διὰ τȣ̃το βρόδον φασὶν, καὶ βρίζα, καὶ βρυτῆρες, ȣ̓ μὴν τὸ ῥέω ἔτι βρέω φασὶν, ȣ̓δὲ ἄλλό τι τῶν τοιȣ́των. Euſtath. ad Odyſ. κ' p. 1654. 22. Ὡς δὲ οἱ Αἰολεῖς ἄλλως τῷ β̄ χαίρȣσι προτιθέντες τȣ̃ ρ̄ ἐν τῷ ῥάκος βράκος, ῥοτὸς βροτὸς, ῥυτὴρ βρυτὴρ, ἐν ἄλλοις δηλȣ̃ται. Idem ad Il. β' p. 222. 3. Ὡς δὲ Αἰολικὸν ὁ βροτὸς, δηλȣ̃σιν οἱ παλαιοὶ, φάμενοι, ὅτι προτιθέασιν οἱ Αἰολεῖς τὸ β̄ τῷ ρ̄, ἡνίκα ἡ ἐφεξῆς συλλαβὴ ἔχει, ἢ τὸ κ̄, οἷον ῥάκος βράκος, ἢ τὸ δ̄, οἷον ῥόδον βρόδον, ἢ τὸ ζ̄, οἷον ῥίζα βρίζα, ἢ τὸ τ̄, οἷον ῥυτὴρ βρυτὴρ, ὁ χαλινός. add. Ioh. Grammat. p. 65. 89. 93. Heſychius: Βρόδα· Αἰολεῖς ῥόδα. Βραδινὰς habet Sappho fragm. 10. p. 42. et βράκεα fragm. 42. p. 68. Lyc.

Lyc. Schol. Hephaeſt. p. 24. Pau. τὸ δὲ βραδινῷ ἀντὶ τȣ̃ ῥαδινῷ ἐςὶ, πλεονασμῷ τȣ̃ β, Αἰολικῶς. Priſcianus 1. p. 13. Baſ. *In β etiam ſolet apud Aeoles tranſire F digamma, quoties ab ρ incipit dictio, quae ſolet aſpirari, vt ῥήτωρ βρήτωρ dicunt, quod digamma, niſi vocali praeponi, et in principio ſyllabae, non poteſt. Ideo autem locum quoque tranſmutauit, quia β. vel digamma, poſt ρ in eadem ſyllaba pronuntiari non poteſt.* Conf. idem Priſcian. d. l. p. 14. Portus Lex. Pind. p. 117. et Spanhem. ad Callim. h. in L. P. 72. Hoc igitur β agit partes digamma, quo Aeoles vſi ſunt pro ſpiritu denſo. Etymol. M. v. ἀναξυρίδες p. 98. 4. huc retulit etiam nomen βρακία, quod dictum eſſe ait pro ῥακία, πλεονασμῷ τȣ̃ β, Αἰολικῶς. At hoc nomen haud dubie originem duxit a nomine Hebr. ברך *genu*. v. Bochartius geogr. S. 1, 42. p. 674. To. 1.

*redundat* — *γαμβρὸς gener*] Euſtath. ad Il. ε p. 548. 14. καὶ πλεονασμῷ τȣ̃ β διὰ καλλιφωνίαν, ὡς ἐπὶ τȣ̃ γαμβρὸς, καὶ μεσημβρία, καὶ τῶν ὁμοίων, γίνεται. Schol. Theocriti ad Idyl. 1, 15. Τὸ μεσαμβρινόν· τὸ μεσημερινὸν, ἐκ τȣ̃ μεσημερινȣ̃, ἐκβολῇ τȣ̃ ε, καὶ προσθέσει τȣ̃ β. Etym. M. p. 221. 7. Γαμβρός· παρὰ τὸ γάμω, γαμηρός· καὶ κατὰ συγκοπὴν [Sylb. p. 12. addi iubet, neſcio an ſine cauſſa, verba τȣ̃ η], καὶ πλεονασμῷ τȣ̃ β, ἢ παρὰ τὸ γάμος.

*βόλιτον* — *pro βόλβιτον*] Phryn. eclogg. p. 156. Pau. Βόλβιτον ὀλίγοι τινὲς λέγȣσι τῶν Ἀττικῶν· ἀλλὰ τȣ̃το δοκιμώτερον τὸ βόλιτον ἄνευ τȣ̃ δευτέρȣ β. Moeris: Βολίτοις, Ἀττικῶς· βολβίτοις, Ἑλληνικῶς. Herodi. Philet. p. 444. Βόλιτα, οἱ Ἀττικοί· βόλβιτα, οἱ Δωριεῖς. Gregorius p. 55. Βόλιτον οἱ Ἀττικοὶ χωρὶς τȣ̃ β λέγȣσιν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν βόλβιτον, ἤγȣν τὴν κόπρον· vbi v. Koenius. Etymol. M. h. v. p. 204. 24. 28. autem formam nominis

βόλβι-

βόλβιτον tribuit Ionibus, idque extitiſſe ait e verbis βοὸς λιτὸν, πλεονασμῷ τȣ͂ β. Apud τȣ̀ς ὁ Ezech. 4, 12. legitur ἐν βολβίτοις κόπρȣ ἀνθρωπίνης, et Sophon. 1, 17. βόλβιτα.

*Boeotice in β tranſit*] Heſychius: Βανῆκας· γυναῖκας· Βοιωτοί. Sic Attici pro γλήχων dixere βλήχων· v. Gregorius p. 16., et quae a nobis ſupra in litera β dicta ſunt.

*δνόφος pro γνόφος, auctore Heſychio*] Verba eius v. δνοφερὸν ſunt haec, Λέγεται γὰρ τοῖς Αἰολεῦσι δνόφος ἀπὸ τȣ͂ δονεῖσθαι τὰ νέφη. Schol. pr. Aeſchyli ad Prometh. 570. Τὸ δὲ ὦ δᾶ, ἀντὶ τȣ͂ γῆ, Δωρικῶς· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν φασὶ, καὶ τὸν γνόφον δνόφον. Idem praecipit Etymol. M. v. Ἀλευάδα p. 60. 8. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν [v. Theocr. Idyl. 4, 17. 7, 39. et conf. Fabric. ad Sextum Empir. c. mathemm. 9, 2. p. 592.] λέγȣσι, καὶ δίαν, ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον· ſed v. γνόφος p. 236. 29. triplicem huius nominis etymologian attingit, παρὰ τὸ κενὸς φάȣς εἶναι, inquiens, κνόφος, καὶ γνόφος· ἢ παρὰ τὸ νείφω νόφος, καὶ πλεονασμῷ τȣ͂ γ· [v. Euſtath. ad Il. α' p. 145. 36. Il. π' p. 1064. 9.] ἢ παρὰ τὸ δονεῖν, καὶ νέφος, γίνεται δόνοφος, καὶ ἐν συγκοπῇ δνόφος, καὶ γνόφος. Heraclides apud Euſtath. ad Odyſ. μ' p. 1722. προσθεὶς δ' εἰπεῖν, καὶ ὅτι ἀπὸ τȣ͂ νέφος, νόφος, καὶ γνόφος Αἰολικὸν, ὁ ἄλλως δνόφος. Δνοφερῆς eſt apud Heſiod. Θεογ. 807.: δνοφερὸν apud Hom. Il. ι', 15. π', 4. Δᾶ habet Aeſchylus Agam. 1081,: vbi ſchol. δᾶ· γῆ, Δωρικῶς· ὅθεν καὶ Δημήτηρ, οἷον γῆ μήτηρ· Eumenn. 844.: vbi ſchol. δᾶ· ὦ γῆ, Δωρικῶς· ὅθεν καὶ Δαμάτηρ· et Eurip. Phoenn. 1314. Vnde Ceres vocatur Δηὼ ap. Theocr. Idyl. 7, 3.

*Euſtathius ſibi hic non conſtat*] Immo ſibi conſtat. Nam ad Il. σ' p. 1160. 15., auctore, vt videtur, Aelio Dionyſio, haec praecipit, Ἐν δὲ Ῥητορικῷ

Λεξικῷ

Λεξικῷ Αἰλίȣ Διονυσίȣ φέρεται καὶ ὄλιον. τὸ ὀλίγον φησὶ γὰρ, ὀλίγον· τὸ δὲ ὄλιον, ἢ βάρβαρον [Etymol. M. v. ὀλίος p. 621. 51. tradit, Tarentinos hac vocabuli forma vſos eſſe], ἢ Ἰακόν· τȣ̃ δὲ ὄλιζον ἡ χρῆσις καὶ παρὰ Λυκόφρονι [Caſſandr. 627.]. Δοκεῖ δὲ ἡ λέξις Αἰολίων εἶναι· διὸ καὶ προπαροξύνεται τὸ ὄλιζον, ȣ̓ τονȣ́μενον κατὰ τὸ ὀλίγον. Ex iis, quae ab Etymol. M. v. δίασμα p. 270. 26. traduntur, ὄλιζον poſſet dictum eſſe Aeolice pro comparatiuo ὄλισσον. Sed ad Odyſ. ι p. 1643. 1. attulit Euſtathius Heraclidis de hac vocabuli forma ſententiam, Ἔτι ἰςέον καὶ, inquiens, ὅτι τὸ ὀλίγον, ὀλίζον καθ' Ἡρακλείδην. Ἴωνές φασιν οἱ νεώτεροι, τῷ ζ ἀντὶ τȣ̃ γ χρώμενοι, καὶ τὸ μὲν φύγω φύζω λέγοντες, τὸ δὲ πέφυγα, καὶ πεφυγὼς, πέφυζα, καὶ πεφυζώς. Ἐρεῖ δέ τις, φησὶν, ȣ̔́τω καὶ ἐκ τȣ̃ φυγῶ φυγήσω πεφυγηκότες γενέσθαι τὸ πεφυζότες, ἐξαιρεθείσης τῆς μέσης συλλαβῆς, καὶ τȣ̃ γ τραπέντος εἰς ζ· ὃ γίνεται καὶ ἐν τῷ φυγὴ φύζα· et ad Il. β' p. 329. 14., aliorum grammaticorum praeceptionem ſequutus, haec notauit, Θετταλοὶ γὰρ, φασὶ, τὸ μικρὸν ὄλιζον καλȣ̃σι. Φύζα, pro φυγὴ, legitur apud Homerum in vtroque carmine, vt Il. ι, 2. ξ', 140. Odyſ. ϱ', 438

Ad p. 35. *ex* גמל *κάμηλος*] Heſychius: Γαμάλη· κάμηλος, παρὰ Χαλδαίοις. Sic pro ὀγδοηκονταέτει in epigr. Simonidis fragmm. p. 157. Vrſin. legitur ὀκδωκονταέτει.

*redundat ab initio*] Γέντο ita legitur apud Hom. Il. ν', 25. 241. σ', 476. 477., et apud Callim. h. in Cer. 44.: ad quem locum Spanhemius obſeruat, etiam Apollon. Rhod. 4, 225. eo vſum eſſe, additque intellegenter haec: *Rationem vero formati huius verbi* γέντο *pro* ἔλαβεν, *ab* ἕλω, *vnde* ἕλετο, *ac per ſyncopen* ἕλτο, *docent grammatici, vt Etymologi auctor* [v. γέντο p. 226. 9.], *et haud vno loco* [ad Il. ι p. 756. 31. ν' p. 918. 26. Odyſ. χ' p. 1934. 30.] *Euſtathius: de quo tamen*

*tamen an fides continuo iis haberi debeat, et in hac voce* γέντο *pro* ἔλαβεν, *non lateat forte aliquis antiquus, et alias obſoletus, qualium magna ſeges, verbi, vnde formatum ſit eo ſenſu illud* γέντο, *vſus, aliis ſagacioribus diiudicandum relinquimus.* Et Erneſtius quidem ad Callim. d. l., praeeunte Clarquio ad Il. θ΄, 43., docuit, γέντο ductum eſſe ab antiquo verbo γέννομαι, vel γένομαι, quod ſignificarit idem, quod λαμβάνω. Heſychius: Γέννου· Κύπριοι, καὶ λαβὲ, καὶ κάθιζε. In primis vero digna ſunt, quae apponantur a nobis, Euſtathii verba ad Il. π΄ p. 1064. 7. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς [*Heraclides*], ὡς καὶ οἱ Ἠπειρῶται προστιθέασι καὶ αὐτοὶ τὸ γ ταῖς λέξεσι, τὸν δοῦπον γδοῦπον λέγοντες· ὅθεν ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης [Il. ή, 411. Odyſſ. ό, 180. coll. v. 191]· καὶ ἀπὸ τοῦ νέφος καὶ γνόφος. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῇ γνώμῃ πλεονάζειν τὸ γ, ὡς ἀπὸ τοῦ νοῶ νοήσω νώμη, καὶ γνώμη· οὕτω δέ πως καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ [Ariſtoph. Eccleſſ. 254.] γλάμων, πλεονασμὸν ἔχει τοῦ γ [Lyſias 14. p. 536. To. 1. Reiſq.]· λήμη γὰρ, καὶ ἐκεῖθεν λήμων, ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, καὶ συστολῇ, γλάμων. Eadem ab eo praecipiuntur ad Odyſſ. μ΄ p. 1722. 42. add. Moeris v. γλαμῶσα. Sed literam γ' in nomine γοῖνος, aliiſque ſimilibus, notam digamma Aeolici eſſe, recte putant grammatici doctiſſimi: quo in numero fuit Salmaſius ad inſcript. Herod. p. 48.

ἀγνοέω — *ex* νοέω] Etymol. M. p. 12 6. Ἀγνοῶ, παρὰ τὸ νοῶ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ γνοῶ, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ ᾱ ἀγνοῶ· — οὐδέ μιν Ἥρη Ἠγνοίησεν [Il. ά, 536. ſ.] —. οὕτως Ὠρίων. Sic μετάγνοιαν eſt apud Sophocl. Electr. 582.: vbi ſchol. Μετάγνοιαν· ἀντὶ τοῦ μετάνοιαν, τουτέστι, μεταμέλειαν· ἄνοια ἡ συντελὴς ἀφροσύνη· ἄγνοια δὲ ἑνός τινος πράγματος. Μετάνοια δὲ, καὶ μετάγνοια, ταὐτὸν, πλὴν ὅτι τὸ μὲν ἐστιν ἐν χρήσει παρὰ τοῖς κοινοῖς, τὸ μετάνοια· τὸ δὲ μετάγνοια παρὰ τοῖς ποιηταῖς.

Sic Attici, omninoque Graeci veteres, pro γίνομαι, et γινώσκω, inſerta litera γ̄ [v. Etymol. M. v. γινώσκω p. 231. 35. et v. γίνεται p. 232. 30.], dixere γίγνομαι, et γιγνώσκω. v. nos ad Aeſchin. Socr. 1, 10. 2. Sic ἐρίγδουπος Hom. Il. ή, 411. pro ἐρίδουπος. v. Ioh. Grammat. p. 83.

*Aeolice ante* χ̄ — *interſeritur*] Πλαχθεὶς eſt apud Pindar. Nemeonn. 7, 55., ſed πλαγχθεὶς habet Hom. Il. ξ', 120.: apud quem Il. ά, 46. etiam ἔκλαγξαν legitur. v. Etymol. M. v. κλαγγηδὸν p. 516. et v. πλάγχθη p. 674. 14. Sed forma praeteriti ἔκταγκα ſumta eſt e Caninii Ἑλληνισμῷ p. 261. Cren.

*gnatus* — *gnauus*] Eiuſdem generis ſunt *gnotus*, et *gnobilis*, pro *notus*, et *nobilis*. v. Laurenbergius Antiquar. hh. vv. p. 199. In editionibus libelli Lipſſ. primis, et Batauis, addita leguntur haec, *γλῶσσα ex* לשון *lingua*.

*αἶα*] Legitur ap. Hom. Il. γ', 243., vt αἶαν apud Aeſchyl. Prometh. 302. v. Etymol. M. v. αἶα p. 27. 7. et Gregor. p. 209. Exempla, *lac ex γάλα*, *rana ex γρῦν*, debentur Caninio Ἑλλην. p. 26., apud quem legitur γερὺν, ὕνος, *rana*. At primus nominis caſus eſt γέρυνος, quo ſignificatur μικρὸς βάτραχος, auctore Stephano Byzant. v. Βιθυνία p. 224.: vbi v. Bercquelius. Alii enim ſcribunt γύρινος, vel γέρινος. v. Euſtath. ad Odyſ. τ' p. 1864. 6.

*in medio*, *Boeotice*] Heſychius: Ἴωγα· ἔγωγε· Βοιωτοί. recte. v. Ariſtoph. Acharnn. 898. Ἴωνγα habet Corinna apud Apollon. Dyſc. excc. grammat. p. 421. De forma vocabuli ὄλιος, quod non extat in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, ſupra dictum eſt. Sic Aeoles, etiam Dores, e multis verbis, vt καγχάζω, ἴυγξ, φόρμιγξ, φάρυγξ, aliiſque, literam γ̄ ſuſtulerunt. vid. Metarius p. 141. 305. Tollius ad Longin. 10, 2. p. 78. Doruillius ad Charit. p. 660. Amſtel.

Φάρυ-

Φάρυγος, pro φάρυγγος, legitur ap. Theocr. Idyl. 24, 28.

*Aeoles — δ mutant in β*] Etymol. M. v. βλὴρ p. 200. 27., et ex eo Phauorinus: Βλὴ, Αἰολικῶς, τὸ δέλεαρ. Οἱ Αἰολεῖς τὸ δ εἰς β τρέπουσι· τοὺς γὰρ δελφῖνας βελφῖνας φασὶ, καὶ τοὺς Δελφοὺς Βελφούς. Οὕτως οὖν δέλεαρ βέλεαρ, καὶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ συναλοιφὴν, βλὴρ πεποίηται. Οὕτω καὶ Βοιωτοὶ ποιοῦσι.

*in Orat. c.* 45.] Et Quinctil. 1, 4. 15. Gloſſ. vett. *Duonus* ἀγαθός. v. Laurenbergius Antiquar. h. v. p. 144.

κρήγυον] Hoc vocabulum, de quo Portus in Lexico Dorico adiri, ſi videtur, poteſt, ſignificat proprie omnino *id, quod voluptate animum perfundere queat.* Euſtath. ad Il. α΄ p. 60. 27. εἰ δὲ, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, κρήγυον ληφθείη τὸ ἡδὺ, καὶ, ὡς ἡ ἐτυμολογία λέγει, τὸ ἡδῦνον τὸ κῆρ, ἤγουν τὴν ψυχὴν, κεῖται καὶ οὕτω τὸ ἀντιζυγοῦν πρὸς τὰ κακὰ, ἤγουν τὸ ἐσθλόν. Sed quia animus bono in primis, et vero, delectari ſolet: factum eſt, vt κρήγυον poneretur, et de *bono*, et de *vero*. Certe in Etymol. M. p. 537. 23. hoc vocabulo, et τὸ ἀγαθὸν, et τὸ ἀληθὲς, ſignificari traditur. Et de *vero* quidem legitur apud Theocr. Idyl. 20, 19. Helladius Chreſtom. p. 12. Meurſ. Ὅτι κρήγιον [f. κρήγυον] τὸ ἀληθὲς εἴρηται, καρέγγυόν τι ὄν· οἱ γὰρ ἀληθῶς τι πράττειν μέλλοντες, ἐγγυῶνται τοῦτο τῇ κεφαλῇ κατανεύοντες· οἱ δὲ κρήγιον [f. κρήγυον], οὐ τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν, σημαίνειν φασὶ, καρήγιον [f. καρήγυον] ἐτυμολογοῦντες, οἷον ἡδῦνον τὸ κῆρ, τουτέστι, τὴν ψυχήν· ἡδύνειν γὰρ πέφυκε τὴν ψυχὴν τὸ ἀγαθόν. Etymol. M. h. v. p. 537. 23. Κρήγυον, τὸ ἀληθὲς, καὶ ἀγαθόν· παρὰ τὸ κῆρ, ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ ἡδὺ, γίνεται κηρήδιον [f. κηρήδυον], τὸ τῷ κέαρ ἡδὺ, καὶ προσηνές· ὃ ταυτόν ἐστι τῷ θυμῆρες· καὶ συγκοπῇ, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς γ,

γίνεται κρήγυον, τὸ τὴν ψυχὴν ἥδυνον. Etiam in Gloſſario Heſychii pro κρήγιον interpretes eius omnes κρήγυον reſcribendum eſſe cenſent, vt in Hippocratis libris Foëſius. v. Lex. eius Hippocr. h. v. Caeterum pro κηρήδυον in editt. Lipſſ. primis legitur κηρήδυνον — *cor iucundum.*

*Aeoles pro δ habent ζ*] Etiam Dores. Etymol. M. v. ζυγὸς p. 411. 54. Ζυγός· παρὰ τὸ δύο ἄγειν· καὶ ἐν συγκοπῇ δυγὸς, καὶ ζυγός· οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ δ εἰς ζ τρέπουσιν. vid. Plato Cratyl. 31.: vbi Socrates, Οἶσθα, inquit, ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα, καὶ τῷ δέλτα, εὖ μάλα ἐχρῶντο· καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἵπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι· νῦν δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ ἰῶτα, ἢ ε, ἢ ἦτα, μεταστρέφουσιν, ἀντὶ δὲ δέλτα ζῆτα, ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα. Sic ζορκάδες, pro δορκάδες, *capreae*, Herodo. 4, 192.: ζορκὸς, pro δορκὸς, Callim. h. in Dian. 97.: ζόρκες Nicand. Therr. 142. Euſtath. ad Il. χ' p. 1259. 61. ἡ δ' αὐτὴ [δορκὰς], καὶ δόρκων, καὶ ζόρκων δὲ, μεταχωρήσει ἐθίμῳ τοῦ δ εἰς ζ. Sic ἀρίζηλον, pro ἀρίδηλον, Hom. Il. β', 318. Euſtath. ad Il. α' p. 153. 24. Ἰστέον δὲ, ὅτι οὐ μόνον τὸ ζ εἰς δ μεταποιεῖται, ὡς ἐν τοῖς ῥηθεῖσι, καὶ ἐν τῷ ἐρίζω ἐρίδω, καὶ τοῖς ὁμοίοις Δωρικοῖς, ἀλλὰ καὶ ἔμπαλιν τὸ δ εἰς ζ, ὡς ἐν τῷ ἀρίδηλος, ἀρίζηλος, ἀστήρ· [v. Etymol. M. v. ἀρίζηλος p. 142.] καὶ ἐν τοῖς εἰς δε λήγουσιν ἐπιρρήμασιν. Ὡς γὰρ ἔστι τὸ οἴκαδε, οὕτω καὶ Ἀθήναδε, Θήβαδε, ἔραδε τὸ εἰς ἔραν, ἤτοι γῆν· τροπῇ δὲ τοῦ δ γέγονεν Ἀθήναζε, ἔραζε, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις. Tota autem illa grammatici obſervatio longior eſt, quam vt repeti a nobis hoc loco poſſit, ſed digna tamen, quae inſpiciatur ab rerum grammaticarum ſtudioſis.

*ζαβάλλειν etc.*] Ioh. Grammat. p. 91. Baſ. de dial. Aeol. Ἀντὶ δὲ τοῦ δ τὸ ζ, διαβάλλειν ζαβάλλειν, διανυκτὸς ζανυκτός. Locus Hilarii, vbi διάβο-

λος

λος appellatur *zabolus*, extat p. 284. edit. Baſil. A. C. 1570.: vt *zabulus* apud Lactant. de mortt. perſecc. 16, 5. 10. Quoniam vero Torrentio tum, quum Suetonium animaduerſionibus illuſtraret, nulla exempla in promtu erant, vbi δια in ζα commutatum eſſet: aſſentiri [ad Suet. Claud. 10.] Briſſonio dubitauit, qui *zaeta*, ſiue *zeta*, cum apud Plinium in epiſtolis [2, 17. 12. 20.: vbi v. interpp.], tum etiam apud Lampridium in vita Elagabali [c. 30. ſ.: vbi v. Salmaſius p. 195. b Pariſ.], pro *diaeta* reponi debere contenderat. Verum exemit iſtam ea de re dubitatiunculam cunctis Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 97. et diſſert. 13. de praeſtantia, et vſu, numm. p. 582. To. 2. Conf. Muſeum Veron. p. 128. et, quae ibi laudatur, praefatio ad Hilarii opp. edit. Veron.: Meurſius Crit. Arnob. p. 107. et Muncquerus ad Fulgent. p. 751. Stauer. Lex. MS. Coiſlin. apud Monteſalc. Catal. bibl. Coiſlin. p. 600. *Ζάκορος, ὁ τοῦ νεὼ ἐπιμελόμενος· κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν· τὸ δὲ ζα οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ἐπίτασις, ἀλλ᾽ ἀντὶ δια προθέσεως, ἵν᾽ ἢ διάκονος* [l. *διάκορος*]. *Ζακόρους* legitur apud Polyaen. 2, 3. 8., et *ὑποζάκορος* apud Herodo. 6, 134. ſ. *Ζάπλουτοι* vſurpauit idem Herodo. 1, 32.: quo tamen in vocabulo ζα eſſe *ἐπιτατικὸν*, praecipitur in Etymol. M. v. *ἀθρέμβολα* p. 142. 10., ſed v. *ζάθεος* p. 407. 7. *ζάπλουτον* pro *διάπλουτον* dici traditur. Sic etiam *ζαχρεῖος* eſt *valde egens*, Theocriteum vocabulum [Idyl. 25, 6.], ſed in vulgatis Lexicis, Porto auctore, praetermiſſum. Vid. eius Lex. Doric. omnino. Caeterum vt appareat, veteres grammaticos hac in re eandem cum recentioribus ſententiam ſequutos eſſe: non piget Etymol. M. verba v. *ζάκοτος* p. 407. 16. a Porto, poſteaque etiam a Metario, allata, hic apponere: *Ζάκοτος, ὁ ἄγαν ὀργίλος, ὁ μεγαλόκοτος· κότος γὰρ ἡ ὀργή· ἡ δια πρόθεσις ἔστιν, ὅτε ἐπίτασιν σημαίνει, καὶ τρεπομένη ὑπὸ*

Αἰολέων, γίνεται ζα, ὡς τὸ διαφλεγὴς, ζαφλεγής· καὶ ἁπλῶς τὸ διὰ, εἴτε πρόθεσιν σημαίνει, εἴτε μόνας συλλαβὰς, τρέπεται εἰς ζα· καὶ τὴν καρδίαν καρζὰν φασί· καὶ τὸ διαμενὴς, ζαμενής. Idem v. ζάκορος p. 407. 23. Ζάκορος, νεωκόρος, ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸ ἱερόν —· τὸ δὲ ζα ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ἐπιτατικὸν, ἀλλ᾽ ἀντὶ τῆς διὰ προθέσεως, ἵν᾽ ᾖ διάκορος, καὶ Ἀττικῶς, καὶ Αἰολικῶς. Ζάκορος, vt nomen proprium, legitur apud Lyſian 6. p. 256. To. 1. Reiſq., qui pro eo Ζώπυρος reſtituendum eſſe putabat. Sic fuere, qui Ζεὺς Aeolice dictum eſſe crederent pro Δεύς· v. Etymol. M. v. ζεὺς p. 409. 3.: vnde extitiſſet Lat. *deus*. v. Rycquius in de Capitol. c. 13. p. 163.

*Dorice, et Aeolice, mutatur in* θ] Ψύθος eſt apud Aeſchylum Agam. 486. et Callim. fragm. 184. Bentl., vbi tamen Hemſterhuſius praeferebat ψυθές· ψύθη habet Aeſchyl. Agam. 1098. v. Etymol. M. v. ψύθος p. 819. 13. Euſtathius ad Il. ι p. 773. 32. Αὐτὸς δὲ [*Heraclides*] ἐκ τοῦ ἔδω φησὶ γενέσθαι κατὰ Δωριεῖς τὸ ἔθω, οἱ καὶ τὸν μαδὸν — μαθὸν λέγουσι, καὶ τὸ ψεῦδος ψύθος· add. ad Odyſ. ζ' p. 1562. 4.: et ad Odyſ. σ' p. 1841. 23. Ἀρέσκει δὲ τοῖς παλαιοῖς ἡ μετάθεσις τοῦ θ, καὶ τοῦ δ, εἰς ἄλληλα, Αἰολέων εἶναι, οἷον τὸ οὐδὲν οὐθὲν [v. Phrynich. eclogg. p. 76. Pau.], ἐξουδενῶ ἐξουθενῶ, μήδω μήθω, δάσος θάσος [v. Etymol. M. v. οὐδέτερον p. 640. 18.].

προμηθὴς] Vt, ἐπιμηθὲς, pro ἐπιμηδὲς, apud Theocr. Idyl. 25, 79. v. Portus Lex. Doric. h. v. Caeterum pro litera δ multis in verbis ſubſtituta reperitur litera λ, vel τ. Sic Pergaei pro δάφνη dixere, Heſychio auctore, λάφνη· et apud Theocritum Idyl. 25, 230. τηΰσίως legitur pro δηΰσίως. Etymol. M. p. 758. 1. Τηΰσίη, ἡ ματαία· τροπῇ τοῦ δ εἰς τ, καὶ τοῦ ε εἰς η· δευσίη, γάρ ἐστιν ἡ ἔκλυτος, παρὰ τὸ δεύω· τὸ ὑγρὸν, καὶ ἔκλυτον, νοεῖται. Attici autem

pro

pro ἐνδελέχεια, quam ſcripturam vocabuli Lucianus iudic. vocall. p. 49. To. 1. Graeu. probat, ſcripſere ἐντελέχεια. v. Gregor. p. 67. ſ. Sed apud Thuc. 1, 64. Ἄφυτις Ionice pro Ἄφυδις ſcriptum legi, ſcholiaſtes ad eum locum animaduertit, Ἰωνικῶς δὲ, inquiens, εἶπεν Ἀφύτιος· ἔδει γὰρ διὰ τȣ͂ δ.

Ad p. 36. *δάκρυμα lacryma*] Hoc nomen in editt. Lipſſ. primis non extat. Feſtus p. 277. Gothofr. Dacrimas *pro* lacrimas *Liuius ſaepe poſuit, nimirum quod Graeci appellant* δάκρυα. *Item* dautia, *quae* lautia *dicimus, et dantur legatis hoſpitii gratia.* Δάκρυμα eſt vocabulum Herodoteum. v. Portus Lex. Ionic. h. v. Reliqua nominum Latinorum exempla etiam Metarius p. 379. attulit. Veteres autem Latini pro *d* poſuere *r*, vt *aruenas, aruentores, arfines, aruolare*, pro *aduenas, aduentores, adfines, aduolare:* v. Priſcian. 1. p. 27. Baſ.: *aures* pro *audes*. v. Lactant. de opif. dei 8, 8. et Laurenb. Antiquar. p. 376.

*ὕδωρ ex ὕω*] Euſtath. ad Il. α´ p. 106. quum attuliſſet nomina ȣ̓τιδανὸς, ἐχδοπὸς, πολυδίψιος, aliaque, in quibus redundaret δ, καὶ τὰ ἀπὸ τȣ͂ ὕω, inquit, γενόμενον ὕδωρ, καὶ τὸ ἀνέρος ἀνδρὸς, καὶ ἕτερα. Sic ἀδδεὲς, pro ἀδεὲς, Hom. Il. Θ´, 423.: ὑποδδείσας, pro ὑποδείσας, Heſiod. Ἀσπ. 98.

*redimo, redundo*] Haec verba in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, deſunt.

*μόλιβος pro μόλιβδος*] Etymol. M. p. 590. 8. Μόλιβος, καὶ μόλυβδος· εἰ μὲν ι ἐστὶν, τὸ δ ȣ̓κ ἐστὶν· — ἐὰν δὲ τὸ υ, τὸ δ —. Euſtath. ad Il. ω´ p. 1340. 29. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὴν παραλήγȣσαν τȣ͂ μόλυβδος διὰ τȣ͂ υ προέφερον οἱ ἀρχαῖοι, ὡς καὶ τȣ͂ βύβλος. Αἴλιος γȣ͂ν Διονύσιος φησὶν, ὅτι μόλυβδος διὰ τȣ͂ υ, καὶ δ. — Ἐν δὲ τῷ, μόλιβος ὣς, ἐτράπετ᾽ αἰχμὴ [Il. λ´, 237.], διὰ μέτρον, φασὶν, ȣ̔́τω γέγραπται· ἐπεὶ καὶ Ἴωνες ὁμοίως Ἀττικοῖς μόλυβδον λέγȣσιν. Certe

 ita

ita ſcriptum legitur in libris Herodoti 3, 56., et Thucydidis 1, 93. Vnde viri docti, vt Ducquerus ad Thuc. d. l. et Veſſelingius ad Diod. Sic. p. 125. To. 1., recte tuiti ſunt ſcripturam codicum veterum in λέξεσι Moeridis, Μόλυβδος, Ἀττικῶς· μόλυβος, Ἑλληνικῶς· vbi v. interpp. Caeterum verba, *Sic* exuo *ex* ἐκδύω, in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, non leguntur.

*αἰνὸς ex δεινὸς*] Vid. Gregor. p. 209., et Ioh. Grammat. p. 79., cuius tamen in libris εἰνὸς legitur pro αἰνός.

*item δ — Ion. — abiicitur*] Etymol. M. v. Ἀΐδι p. 42. 18. τὰ εἰς δος λήγοντα ὀνόματα ἀπὸ βαρυτόνων, εὑρίσκομεν παρ' Ἴωσι καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ δ λεγόμενα· οἷον μήνιδος μήνιος, Πάριδος Πάριος. v. Metarius p. 109. Etymol. M. v. νέηλυς p. 599. 36. Εἰ δὲ ἀπὸ ἄλλων τινῶν εἰσὶ σύνθετα, διὰ τοῦ δος κλίνονται· οἷον ἔπηλυς ἐπήλυδος, νέηλυς νεήλυδος· σημαίνει δὲ τὸν ξένον.

*κνίδη — vrtica*] Hoc exemplum ſumtum eſt e Caninii Ἑλληνισμῷ p. 25. Et Euſtathius d. l. Heracliden praecepiſſe docet, Dores pro μαδὸς dixiſſe μασθὸς, non μαδὸς pro μαζός. Conf. idem ad Il. χ' p. 1258. 56.

*ἕδος — colloco*] Etymol. M. p. 316. 56. Ἕδος, ἡ καθέδρα· παρὰ τὸ ἕζω, τὸ καθέζομαι, κατὰ τροπὴν Δωρικὴν τοῦ ζ εἰς δ, οἷον ζυγὸς δυγὸς, καὶ ζωμὸς δωμός. Idem p. 466. 35. Ἱδρύω, ἐκ τοῦ ἵζω, τὸ καθίζω, γίνεται ἵδω, τροπῇ τοῦ ζ εἰς δ, Αἰολικῶς, ὡς δυγὸς ζυγός.

*Mezentius — Medentius*] Priſcian. 1. p. 29. Baſ. *Quamuis in multis veteres haec quoque mutaſſe inveniantur, et pro* ῡ u, *pro* ζ *vero, quod pro* ſſ *coniunctis accipitur*, s, *vel* d, *poſuiſſe, vt* fuga, murrha, *pro* φυγὴ, μύῤῥα, Saguntbum, maſſa, *pro* Ζάκυνθος, μᾶζα, odor *quoque ἀπὸ τοῦ ὄζειν*, Sethus *pro* Ζῆθος, *dicen-*

*dicentes, et* Medentius *pro* Mezentius [v. Priſcian. I. p. 18.].

*Lacedaemonii — in duplex δ*] Etymol. M. p. 447. 41. Θερίδδειν ἀντὶ τȣ̃ θερίζειν, Βοιωτικῶς, παρὰ Ἀριςοφάνει. vid. Acharnn. 946.: ſed ibi ſignificat *metere.* Etymol. M. p. 573. 21. Μάδδα, ἀντὶ τȣ̃ μάζα, Δωρικῶς· ἀπὸ τȣ̃ μάττειν. Sed ab ſchol. Ariſt. ad Acharnn. 732., et in Suidae Lexico v. μάδδαν, et v. μάζα, forma nominis μάδδα tribuitur Megarenſium linguae. et recte quidem. v. Ariſtoph. Acharnn. 732.: vbi v. 734. Megarenſis quidam dixit χρήδδετε pro χρήζετε, vt Lyſiſtr. v. 82. legitur γυμνάδδομαι pro γυμνάζομαι· v. 94. μυσιδδέτω pro μυθιζέτω· et v. 1078. μυσίδδειν pro μυθίζειν· v. 206. ποτόδδει pro πρόσοζει· v. 1315. θυρσαδδωᾶν, et παδδωᾶν, pro θυρσαζȣσῶν, et παιζȣσῶν. Sed Valquenarius ep. ad Roeuer. p. 75. pro παδδωᾶν ibi reſcribendum eſſe παλλωᾶν cenſebat: ſed ad Theocr. p. 275. probabat coniecturam Heringae pro καὶ παδδωᾶν reponentis κ᾽ εὐαδδωᾶν· qui idem Valquenarius plura huius formae Laconicae verborum exempla attulit ep. ad Roeuer. p. 71. ſſ.

*antiqui pro ζ — σ*] At Priſcianus, cuius verba paulo ante attulimus, loquitur de Latinis, non Graecis, veteribus. Nam ex iis, quae ab Euſtathio ad Il. β′ p. 228. 28. diſputata ſunt, cognoſcitur, Graecos veteres dixiſſe Ζμύρναν, et ζμικρὸν, quibus in vocabulis Graeci poſteriorum temporum pro litera ζ literam σ ſubſtituerint.

*Tarentini mutant ζ in σσ*] Euſtath. ad Il. κ′ p. 824. 27. Περὶ δὲ τȣ̃ ἀπονίζεσθαι — φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὡς οἱ Ταραντῖνοι τὰ εἰς ζω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα διὰ δύο σίγμα προφέρȣσιν, οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, φράζω φράσσω· ὅπερ ἡ Κόριννα φράττω λέγει Βοιωτικῶς. Idem ad Odyſſ. κ′ p. 1654. 23.

23. Λέγει δὲ Ἡρακλείδης καὶ ὅτι Ταραντίνων τὰ εἰς ζω λήγοντα βαρύτονα ῥήματα, ὧν ὁ παρακείμενος, καὶ ὑπερσυντέλικος, διὰ τῦ κ ἐκφέρονται, φραζόντων ἐν δυσὶ σίγμα· οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω. Οὕτω δὲ καὶ φράζω φράσσω, τὸ λέγω· ἔνθεν Κόριννα ἡ μελοποιὸς φράττω ἔφη, ἐν δυσὶ τ Βοιωτικῶς.

*Attici in ττ*] Gregor. de dialecto Attica ſ. 83. p. 67. Τὸ συρίζειν συρίττειν, καὶ τὸ ἁρμόζειν ἁρμόττειν, καὶ το ϛαλάζειν ϛαλάττειν· vbi v. Koenius, qui eadem horum verborum forma Boeotorum quoque ſermonem vſum eſſe docet. Conf. Valquen. ep. ad Roeuer. p. 71.

*Dores in ξ*] Haec verba in editt. Lipſſ. primis omiſſa ſunt. et recte quidem. nam Dores ſupra vidimus etiam in hoc verborum genere pro ζ poſuiſſe σδ· ſed in futuro eorum, et aoriſto primo, litera ξ vſi ſunt pro litera σ. v. Valquen. d. l. p. 65. ſſ.

*Lat.* muſſo *ex* μύζω] Immo ex μύσσω, quae fuit forma verbi Aeolica. v. Etymol. M. v. ἀμύσσω p. 88. 15. Atque hoc ipſum dicendum eſſe videtur de caeteris huiuſmodi verbis Latinis: quum conſtet, Latinos antiquiſſimos in fingenda lingua ſua ſequutos eſſe maxime Aeolicam linguam. Caeterum non neſcimus, etiam a Priſciano 1. p. 18. Baſ. praecipi, verba Latina in ſyllabas *iſſare* exeuntia originem ſuam debere Graecis verbis, in ſyllabas ίζειν deſinentibus. nam, *Quin etiam s ſimplex*, inquit, *habet aliquam cum ſupra dictis cognationem. vnde ſaepe pro Z eam ſolemus geminatam ponere, vt* patriſſo *pro* πατρίζω, pitiſſo *pro* πιτίζω, maſſa *pro* μάζα.

Ad p. 37. *verbis in* ύω] Haec quoque obſeruatio, eiuſque exempla, huc tranſlata ſunt e Caninii Ἑλληνισμῷ p. 35. Cren. At μύζω eſt forma verbi diuerſa a verbo μύω, et forma verbi ἑρπύω haud ſcio, an nuſquam reperiatur. Etymol. M. p. 593. 38. Μύζεις· τί μυ-

τί μύζεις; Ἀριστοφάνης· παρὰ τὸ μύω μύζω, ὡς τρύω τρύζω· σημαίνει δὲ τὸ θηλάζω.

*pro* θ — *eſt* δ, *etiam* τ] Etymol. M. v. ἐέλδωρ p. 317. 17. Ἔστιν ἔλδω τὸ ἐπιθυμῶ· — παρὰ τὸ θέλω, τοῦ θ τραπέντος εἰς δ, κατὰ Μακεδόνας, καὶ ὑπερθέσεως γενομένης· οἷον θέλω, δέλω, ἔλδω, καὶ ἔλδομαι· καὶ ἐκ τοῦ ἐθέλω, ἐδέλω, καὶ ὑπερθέσει ἐέλδω. Sic Attici veteres κολοκύντην dixere pro κολοκύνθαν. v. Gregor. p. 68. et ibi Koenius.

*pro* θ *Laconice ſumitur* σ] Choeroboſcus, et Orus, apud Etymol. M. p. 714. 29. Σίσυφος, κύριον· τὸ θεὸς οἱ Λάκωνες [v. Athen. 8, 16. p. 362. F] σιὸς λέγουσιν. Ἀπὸ οὖν τοῦ σιὸς, καὶ τοῦ σοφὸς, γίνεται Σιόσσοφος, καὶ Σίσυφος, οἱονεὶ καθάπερ θεός. Euſtathius ad Il. ζ′ p. 631. 41. Τὸ γὰρ Σίσυφος ταὐτὸν, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, δύναται τῷ θεόσοφος· vbi hanc nominis σιὸς formam tribuit linguae omnium Peloponneſiorum, ſed ad Odyſ. λ′ p. 1702. 1. ea omnino Dorienſes vſos eſſe ait, vt Gregor. p. 137., apud quem pro σεοὺς reponendum eſſe videtur σιοὺς, vt apud Ioh. Grammat. p. 85. σιὸν pro σεόν. Lactantius autem inſtitutt. diuinn. 1, 6. 7. eadem oſtendit Aeolios delectatos eſſe. Sic σιὰν, pro θεὰν, apud Ariſt. Lyſiſtr. 1324.: Ἀσανᾶν, pro Ἀθηνῶν, ibid. 979.: Ἀσαναίως, pro Ἀθηναίους, ib. 1246. 1252.: Ἀσάναν, pro Ἀθήνην, ib. 1303.: μυσιδδέτω, pro μυθιζέτω, ib. 94.: μυσίδδειν, pro μυθίζειν, ib. 1078.: σίγειν, pro θίγειν, ib. 1003.: σέλει, pro θέλει, et σέτω, pro θέτω, ib. 1082. ſ.: παρσένε, pro παρθένε, ib. 1265. Conf. Salmaſius in de Helleniſt. p. 367. et Valquenarius ep. ad Roeuer. p. 73. ſ. Iones autem θ mutarunt in σσ· vt, βυσσὸν, pro βυθὸν, Herodo. 2, 28. 3, 23.: v. ſchol. Ariſt. ad Rann. 138. p. 136. Baſ.: ἀβύσσους, pro ἀβύθους, et ἄβυσσοι, pro ἄβυθοι, Herodo. 2, 28. Conf. Etymol. M. v. βυθὸς p. 217. 18.

*Aeolice*

*Aeolice mutatur in* $\overline{\varphi}$] Euſtath. ad Il. ά p. 101. ſ. Αἰολικὴ δὲ λέξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς, τὸ φῆρες ἀντὶ τοῦ θῆρες, ὡς Αἰολέων οὕτω λεγόντων. Ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ τοῦ $\overline{\vartheta}$ μετάληψις εἰς τὸ $\overline{\varphi}$ καὶ Ἀττικῆς ποτε διαλέκτου ἐστίν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ θλᾶν, φλᾶν [Theocr. Idyl. 5, 148. φλασσῶ, et v. 150. φλάσσαιμι] λέγουσι· τὸ μέντοι φλίψεται τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ [ῥαψ. ρ΄, 221.], καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις [Idyl. 15, 76.: vbi Valquenarius e cod. Vatic. et Euſtath. pro θλίβεται reſtituit φλίβεται. bene. At Euſtathius ibi haud dubie legit θλίψεται, etiam Caſaubono iudice. vid. Valquen. annott. p. 371.], Αἰολικὸν καὶ αὐτό. Gregor. de dial. Aeolica p. 289. Ἀντὶ δὲ τοῦ $\overline{\vartheta}$ τὸ $\overline{\varphi}$, θλᾶται φλᾶται. add. Ioh. Grammat. p. 91. Moeris: Φλᾶν, Ἀττικῶς· θλᾶν — Ἑλληνικῶς. Ἔφλων legitur apud Ariſtoph. Plut. 693.: vbi ſchol. vet. Φλᾶν, τὸ θλᾶν, ὡς, Φηρσὶν ὀρεσκῴοισιν [Hom. Il. ά, 268.]: φλῶσι ib. 784.: φλᾶν Pac. 1304.: ἔφλα Plut. 718. Nubb. 1379. Heſychius: Φηρία· θηρία· Αἰολικῶς. v. Apollon. Lex. Hom. v. φῆρες p. 824. Φὴρ eſt apud Pindar. Pythionn. 4, 211.: φῆρα ib. 3, 8. Etymol. M. p. 795. 34. Φηρσὶ, κατὰ μετάθεσιν τοῦ $\overline{\vartheta}$ εἰς $\overline{\varphi}$, ἀντὶ τοῦ θηρσὶ, ὡς τὸ θλᾶν φλᾶν. Caeterum praeter οὖφαρ pro οὖθαρ, vnde Lat. *vber* extitit, retulit huc Valquenarius ep. ad Roeuer. p. 10. nomen φάρσυνος pro θάρσυνος. Heſychius: Φάρυμος· τολμηρὸς, θρασύς· ſed pro φάρυμος reponi φάρσυνος iubebat vir ſummus. Et Athenaeum video cum Hieronymo Rhodio putaſſe, verba σκύφος, et σκυφίζειν, extitiſſe e verbis σκύθος, et σκυθίζειν, propter affinitatem literarum $\overline{\vartheta}$, et $\overline{\varphi}$. v. Athen. 11, 14. p. 499. F. Quae tamen ratio valere non poteſt. v. ad Anacr. odar. 57, 8.

*Dorice in* $\overline{\chi}$] Immo Dores pro ὄρνις dixere ὄρνιξ, cuius adeo genitiuus eſſet ὄρνιχος. Athen. 9, 4. p. 374. D: Οἱ δὲ Δωριεῖς, λέγοντες ὄρνιξ, τὴν γενικὴν

κὴν διὰ τȣ̃ χ λέγȣσιν, ὄρνιχος. Ἀλκμὰν δὲ διὰ τȣ̃ σ τὴν εὐθεῖαν ἐκφέρει, Ἁλιπόρφυρος ἔαρος ὄρνις· καὶ τὴν γενικὴν, Οἶδα δι' ὀρνίχων [Caſaub. coni. καὶ τὴν γενικὴν οἶδα, δι' ὀρνίχων] ὅμως πάντων. Euſtath. ad Odyſ. α΄ p. 1419. 14. Τὸ μὲν ὄρνις κοινόν ἐστι· Δωριεὺς δὲ ἀνὴρ ὄρνιξ ὄρνιχος κλίνει, ὡς καὶ Πίνδαρος δηλοῖ, τροπῇ Δωρικῇ τȣ̃ σ εἰς ξ, ὁποία γίνεται καὶ ἐν τῷ ἁρπάσω ἁρπάξω, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Idem ad Odyſ. β΄ p. 1439. 35. Ὅτι δὲ Ἀττικὸν μὲν τὸ ὄρνις, Δωρικὸν δὲ τὸ ὄρνιξ, δηλȣ̃σιν οἱ παλαιοί. Gregorius de dial. Dorica p. 97. Τὸν ὄρνιθα ὄρνιχα λέγȣσιν. Πίνδαρος, Διὸς πρὸς ὄρνιχα ἰθεῖον. Leguntur haec verba Olympp. 2, 159.: ſed Pythionn. 4, 338. eſt ὀρνίχεσσι. 8, 70. ὄρνιχος· Nemeonn. 9, 44. ὀρνίχων· vt apud Theocr. Idyl. 7, 47. ὄρνιχες· ὀρνίχων v. 60. Conf. Portus Lex. Pindar. p. 398., et Lex. Doric. in ϑ. Vide ὀρνιϑολόχῳ *aucupi* Pind. Iſthmionn. 1, 67. [...]

*poëtice praeponitur* ϑ] Etymol. M. p. 442. 18. Θαμὰ, ἐπίῤῥημα, τὸ πυκνῶς, καὶ συνεχῶς, ἐκ τȣ̃ ἅμα, πλεονασμῷ τȣ̃ ϑ· quod ipſum praecipitur ab Euſtathio ad Il. α΄ p. 43. 33. Sic Iones ϑειλόπεδον pro εἱλόπεδον dixiſſe putantur. v. Etymol. M. h. v. p. 449. 30. et Gregor. p. 214.

*in primis poſt* χ, *Dorice*] Schol. Oppiani Palat. 1. et Sylb. ad Ἁλιευτ. 1, 374. Τριχϑαδίη· ἐκ τȣ̃ τρίχα [Hom. Il. β΄, 655.: vbi pro διάτριχα e cod. Ven. leg. διὰ τρίχα], καταβιβασθέντος τȣ̃ τόνȣ, καὶ πλεονάσαντος τȣ̃ ϑ, γίνεται τριχϑὰ [Hom. Il. β΄, 668.], ὡς καὶ δίχα [Hom. Il. σ΄, 510.], διχϑὰ [Hom Il. π΄, 435.], καὶ ἐξ αὐτȣ̃ τριχϑαδίη, καὶ διχϑαδίη [Hom. Il. ι΄, 411.]. Euſtath. ad Odyſ. α΄ p. 1385. 28. Ἔστι δὲ τὸ μὲν διχϑὰ, καϑὰ καὶ ἐν Ἰλιάδι τὸ τριχϑὰ, καὶ τετραχϑὰ [Il. γ΄, 363.], Δωρικόν. Δωριέων γὰρ ἡ τȣ̃ ϑ ἐν τȣ́τοις ἐπένϑεσις· ὡς καὶ ἐν τῷ πονῶ πονήσω πεπόνηκα πέπονα, καὶ

πλεο-

πλεονασμῷ πέπονθα [v. Etymol. M. v. πέπονθα p. 662. 9. et ex eo Phauorinus h. v.], πρός τινα ὁμοιότητα τȣ̃ πέπονθα· ȣ̃τω δὲ καὶ ἐν τῷ μαλακὸς μαλθακὸς [Hom. Il. ρ΄, 588. Pind. Nemeonn. 4, 155. Theocr. Idyl. 7, 105. 29, 24.], καὶ χαμαλὴ χθαμαλὴ [Theocr. Idyl. 17, 29. Hom. Odyſ. κ΄, 196.]. Sic ἴφθιμοι, pro ἴφιμοι, Hom. Il. θ΄, 114. Oppian. Ἁλιευτ. 1, 147.: vbi ſchol. cod. Palat. 2. et Sylb. Ὥσπερ παρὰ τὸ πρωῒ γίνεται πρώϊμος, καὶ παρὰ τὸ ὀψὲ ὄψιμος· ȣ̃τω καὶ παρὰ τὸ ἶφι ἴφιμος, καὶ πλεονασμῷ τȣ̃ θ ἴφθιμος. v. Etymol. M. v. ἴφθιμος p. 480. 24. et Euſtath. ad Il. α΄ p. 16. 12. Huc pertinet etiam τέλθος, pro τέλος, apud Callim. h. in L. P. 106.: vbi v. Spanhemius: et h. in Cerer. 78.: vbi cod. Voſſ. habet τέλος· atque ἄχθος, pro ἄχος. v. Etymol. M. h. v. p. 181. 24.

... *ſchol. Hephaeſt. p. 24. Pau.*] Vnde idem ſcholiaſtes p. 90. legit ἑπτόργυιοι· ſed Pauo p. 116. vtraque vocabuli forma, ἑπταθόργυιοι, et ἑπτόργυιοι, ſuſpecta erat, ita, vt legendum eſſe putaret ἑπτὰ θεȣργοὶ, vel ἑπτὰ θοραιοί. In editt. Lipſſ. primis hoc exemplum omnino deeſt.

*Dorice: vt ἐσλὸς*] Gregor. de dial. Dorica p. 95. Τὸ ἐσθλὸν ἐσλὸν λέγȣσι· Πίνδαρος, Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων· qui verſiculus extat Olympionn. 2, 35.: ſed Nemeonn. 4, 155. legitur ἐσλοῖς· et Sappho fragmm. p. 10. ſ. Vrſin. habet ἐσλῶν, et ἐσλά. Conditor autem Etymologici M. p. 583. 7. ἐσθλὸν, inquit, τὸ ἀγαθόν· ἐθέλον τι ὄν· παρὰ τὸ ἐθέλω, ἐθλὸν, καὶ πλεονασμῷ τȣ̃ σ, ἐσθλόν.

... *pro κ Atticis recentioribus eſt γ*] Verba ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 166. ſunt haec, Κναφεύει· Ἀττικὸν μὲν τὸ διὰ τȣ̃ κ, κοινὸν δὲ τὸ διὰ τȣ̃ γ. Οἱ παλαιοὶ δὲ Ἀττικοὶ διὰ τȣ̃ κ, κνάφος· — οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τȣ̃ γ, παρὰ τὴν γνάψιν. Et hanc quidem obſeruationem ab alio grammatico profectam eſſe, neque

que ab eo, qui alterius obſeruationis auctor fuiſſet, Daueſius putabat miſcell. critt. p. 197. ed. pr. Certo ex iis, quae grammatici veteres doctiſſimi praecepe-runt de ſcriptura verborum κναφεύειν, κναφεὺς, alio-rumque, quae iis originem debent ſuam, intellegi vi-detur, Atticos ſcripſiſſe κναφεύειν, κναφεὺς, κναφεῖον, ἄκναπτον, ſed reliquos Graecos pro litera κ ſubſti-tuiſſe literam γ. Vid. Moeris, et Thom. Mag., v. ἄκναπτον· Suidas v. γναφεύς· Etymol. M. v. κνα-φεὺς p. 521. 40.: Euſtath. ad Il. λ' p. 854. 4. et ad Odyſſ. ν' p. 1746. 16.: Gregor. de dial. Attica p. 68. et Harpocrat. v. γναφεύς· cuius e verbis con-ficta eſſe videtur duplex illa obſeruatio, quae in ſcho-liis Ariſtophaneis legitur. v. Hemſterhuſius ad Lucian. Δ. φων. p. 86. To. 1. Nam differentia nominum γναφεὺς, et κναφεὺς, quae in Lexico Phauorini v. γναφεὺς, neſciebam vnde, affertur, vana eſt. Sic pro κράββατος Latini dixere *grabbatus:* et e verbo μυ-κάω extitit verbum *mugio*.

*Boeotice* ξ] Etymol. M. v. εἴξασιν p. 297. 15. Εἴξασιν, ἀντὶ τοῦ εἴκασι, παρὰ Ἀττικοῖς· ὅπερ ἴσως τῇ Βοιωτῶν διαλέκτῳ ἐσχημάτισται· οὗτοι γὰρ τὸ κ εἰς τὸ ξ μετατρέπουσιν. Οὕτως ἔχει καὶ τὸ, Οἱ δ' ἶξον κοίλην Λακεδαίμονα [Hom. Il. ε, 773. Odyſſ. δ', 1.], δευτέρου ἀορίστου καὶ τὸ κ ἀπαιτοῦντος. Sed ἶξον alii grammatici tradunt, neſcio an rectius, Imperf. eſſe, ductum a praeſ. ἵξω, quod e fut. verbi extiterit. v. Euſtathius ad Il. κ' p. 818. 62. Moeris: Εἴξασιν, Ἀττικῶς· ἐοίκασιν, Ἑλληνικῶς. Εἴξασι legitur apud Plat. Sophiſt. 17. Politic. 30.: Ariſtoph. Nubb. 340. 342.: Eurip. Iphigen. Aul. 848. Ionas autem, et Dores, ξυνὸς pro κοινὸς dixiſſe, docuimus iam ſupra, quum mutationem diphthongi οι in vocalem υ attin-gebamus. Caeterum verba, *ſic* מוך — *eſſe*, in editt. Lipſſ. primis non leguntur.

*Dorice*

*Dorice in ē*] Etymol. M. p. 321. 29. Ἐκεῖνος, ἡ ἀντωνυμία· — οἱ Δωριεῖς κῆνος αὐτήν φασι, καὶ τῆνος. add. ſchol. Theocriti ad Idyl. 1, 1. Τήνας, pro ἐκείνης, habet Archytas apud Laërt. 3, 22.: τήνοις Epicharmus apud Dem. Phaler. περὶ Ἑρμην. 24.: τῆνος Bion fragmm. p. 237. Vrſin., et τῆνα ib. p. 244.: τῆνο Timaeus Locr. p. 546. Gal. 2. Theocr. Idyl. 1, 8.: τήναν Ageſilaus apud Plut. V. Ageſil. 11. p. 88. To. 4. Tub.: τῆνον Theocr. Idyl. 1, 36. Hinc ductum eſt adu. τηνόθεν, quo Megarenſis vtitur apud Ariſtoph. Acharnn. 754.: et τηνει in oraculo apud Plut. V. Demoſthen. 19. p. 285. To. 5. Tub. et Theocr. Idyl. 1, 106. 2, 98. Caeterum Attici κ̄ mutarunt in verbis, et nominibus, nonnullis, poſt σ̄ in χ̄: vt σχινδαλμος dixere, Moeride auctore, pro σκινδαλμός· v. Pierſonius ad Moer. p. 361.: σχελίδας, pro σκελίδας, Ariſt. Equitt. 361.: ἀσχαρίζειν, pro ασκαρίζειν. v. Moeris h. v. Conf. Valquenarius ad Eurip. Phoeniſſ. p. 479.

*redundat*] Euſtath. ad Il. λ′ p. 857. 27. Καὶ τὸ καπάνη, ἀπάνη, ὅ ἐστιν ἀπήνη. Θετταλοὶ γὰρ, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου [10, 4. p. 418. E] φέρεται, τὰς ἀπήνας καπάνας ἔλεγον. Sic καυλὸς dicitur pro αὐλός. v. Etymol. M. h. v. p. 494. 1.

*ἀρέσκω — ex ἀρέσω*] Etymol. M. p. 138. 49. Ἀρέσκω· παρὰ τὸ ἀρῶ, τὸ ἁρμόζω, γίνεται ἀρῶ, ἀρέσω, ὡς τελῶ, τελέσω· καὶ ἀρέσκω. Verba, *ſic μηκέτι non amplius*, non extant in editt. Batauis, nec Lipſſ. primis. Sumta ſunt e Priſcian. 1. p. 13. Baſil. *Hoc tamen etiam per alias quaſdam conſonantes, hiatus, vel euphoniae, cauſa ſolet fieri: vt* prodeſt, comburo, ſicubi, nuncubi: *quod Graeci quoque ſolent facere, μηκέτι, οὐκέτι.*

*poëtice — Aeolice*] Ὄκχον, pro ὄχον [v. Etymol. M. h. v. p. 645. 14.], eſt apud Pindar. Olympp. 6, 40.:

6, 40.: et ib. 2. 122. ὀκχέοντι. v. Portus Lex. Pind. p. 382. et Merarius p. 292.

Ad p. 38. *tollitur quoque initio*] Dorice. Gregor. de dial. Dorica p. 131. Τὸν κυρτὸν καλοῦσιν ὑβόν· quae grammatici verba Phauorinus v. ὑβὸν mutaſſe videtur in haec, Ὑβὸν, ἀντὶ τοῦ κυρτὸν, λέγουσι Δωριεῖς. Ὑβὲ legitur apud Theocr. Idyl. 5, 43.: vbi ſchol. τὸ δὲ ὑβὸς, ἀπὸ τοῦ κυφὸς, ἀποβαλῇ τοῦ κ̄, καὶ τροπῇ τοῦ φ̄ εἰς β̄· quod eſt ipſum praeceptum Etymol. M. h. v. p. 774. 8. Sed Hippocrates quoque vſus eſt hac vocabuli forma. v. Foëſius Lex. h. v. et Neocorus ad Suidan p. 40. To. 2. Nomen αὔχημα, pro καύχημα, editt. Lipſſ. primae non habent. Adiectum eſt auctore Caninio p. 53. v. Etymol. M. v. καυχῶ p. 494. 3.

*Iones praeteritis κ̄ ſubtrahunt*] Idem fecere Aeoles: v. Gregor. p. 272. ſ.: et Dores. v. Theocr. Idyl. 21, 42. Μεμάασι legitur apud Hom. Il. κ΄, 236. aliiſque in locis vtriuſque carminis: μεμαυῖαι Il. ε΄, 779.: μεμαῶτες apud Pindar. Nemeonn. 1, 64.: ἑστηὼς apud Heſiod. Θεογ. 519.: ἑσταότες apud Hom. Il. β΄, 320.: κεκμηυῖαι apud Callim. h. in Dian. 177.: vbi v. Erneſtius: κεκμηῶτι apud Hom. Il. ζ΄, 261.: vbi Euſtath. p. 641. 2. Τὸ δὲ κεκμηῶτι δῆλον, ὅτι Ἰωνικόν ἐστι, ταυτὸν ὂν τῷ κεκμηκότι, ἀποβολὴν τοῦ κ̄ πεπονθὸς Ἰωνικῶς, καὶ ἔκτασιν τοῦ ο̄. Etymol. M. v. βεβάασιν p. 193. 22. ἡνίκα οἱ Ἴωνες ἐν τῷ ῥήματι ἀφαίρεσιν ποιήσονται τοῦ συμφώνου, τότε καὶ συστολὴ παρακολουθεῖ· οἷον ἕστηκα ἕσταα· βέβηκα βέβαα. Huc referri poteſt βατῆρα, pro βακτῆρα, apud Nicandrum Therr. 377.: vbi ſchol. βατῆρα δὲ τὴν βακτηρίαν, κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ κ̄.

*pro λ̄ Attice eſt γ̄*] Schol. Luciani p. 2. To. 1. Graeu. Μόγις οἱ Ἀθηναῖοι, μόλις ἡ κοινή. Helladius Chreſtom. p. 6. Meurſ. Ὅτι τὸ μόγις ἀναλογώτερον διὰ τοῦ γ̄, φησὶ, γράφεται, ἐπὶ τῶν κατὰ πόνου γινομένων

μένων τατΤόμενον [v. Etymol. M. p. 589. 21. p. 590. 3.]· οἱ γὰρ Ἴωνες, καὶ Αἰολεῖς, παραλόγως διὰ τȣ̃ λ, μόλις λέγοντες, ἐκφέρȣσι, καὶ γράφȣσι. Schol. Apollon. Rhod. ad 1, 674. Μόλις κακῶς διὰ τȣ̃ λ· ἔδει γὰρ διὰ τȣ̃ γ, μόγις, παρὰ τὸν μόγον. Itaque Hemſterhuſius, et Solanus, ad Lucian. Δ. φων. c. 4. To. 1. recte docuere, aduerbia μόλις, et μόγις, nihil inter ſe differre: v. Thom. Mag. v. μόλις· ſed librarios recentiores in libris maxime Atticorum μόλις pro μόγις ſcripſiſſe: vt apud Thuc. 2, 5. 6, 37. 38. et Demoſth. p. 29. 29. To. 1. Reiſq. recte ſcriptum extat μόγις· ſed μόλις apud Thuc. 1, 69. 2, 35. 3, 98., et apud Demoſth. p. 977. 25. To. 2. v. Vaſſius ad Thuc. 1, 12. p. 11. 7, 40. p. 470. et Dorvillius ad Charit. 3, 9. p. 345. Amſtel.

ἦνθον *pro* ἦλθον] Gregor. de dial. Doric. p. 86. Τὸ ἦλθον ἦνθον λέγȣσιν, ὡς Θεόκριτος, Ἦνθον τοὶ βȣ̃ται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον· vbi v. Koenius, qui e cod. Voſſ. ſine cauſſa edidit τὸ ἦλθεν ἦνθεν. Locus Theocriti eſt Idyl. 1, 80.: vbi v. 77. legitur ἦνθε pro ἦλθε, et ſchol. notauit haec, Τὸ δὲ λ εἰς ν τρέπȣσιν οἱ Δωριεῖς ȣ̉ πάντοτε, ἀλλ᾽ ὅταν αὐτὸ τὸ ϑ, ἢ τὸ τ, ἐπιφέρηται, οἷον βέλτιςος βέντιςος, φίλτατος φίντατος· ȣ̔́τως ȣ̃ν καὶ τὸ ἦνθ᾽ Ἑρμᾶς. Sic ἔνθε Idyl. 1, 124.: ἀπῆνθον Idyl. 2, 84. 11, 12. Idem praecipitur a ſchol. vet. Pindari ad Olympionn. 6, 37., vbi Φίντις ſcriptum nunc extat pro Φίλτις· ſed Euſtath. ad Il. ν´ p. 918. 28. et ad Odyſſ. κ´ p. 1648. 4. eo ex poëtae loco rectius laudat Φίντης, atque huius permutationis literarum λ̄, et ν̄, praeter ἦνθεν ἦλθεν, exempla affert haec, ἄνη ἄλη, φίντατος φίλτατος, etiam Ἀθήνη Ἀθήλη. Βέντισθ᾽ ȣ̃τος eſt apud Theocr. Idyl. 5, 76.

*Attice pro* λ̄ *eſt* ρ̄] Athen. 3, 27. p. 110. C, Οἶδα δὲ, ἄνδρες φίλοι, ὅτι Ἀττικοὶ μὲν διὰ τȣ̃ ρ̄ ςοιχείȣ λέγȣσι, καὶ κρίβανον, καὶ κριβανίτην. Euſtath.

ad

ad Il. ζ′ p. 975. 52. Καὶ ὅτι ȣ̓ μόνον κλίβανος διὰ τȣ̃ λ̄, ὡς καὶ παρ᾽ Ἡροδότῳ, ἀλλὰ καὶ τȣ̃ ρ̄ Ἀττικῶς· ὅθεν ὁ κριβανίτης. add. Ioh. Grammat. p. 75. Baſil. Sed Etymol. M. v. κρίβανος p. 538. 18. formam κλίβανος Dorienſibus tribuit. Κριβάνȣ legitur apud Ariſtoph. Acharnn. 86.: et κριβανίτας ibid. 87. 1172. Conf. Euſtath. ad Il. β′ p. 218. 13. et ad Odyſ. δ′ p. 1511. 12. Ἀργαλέον habet Ariſtoph. Plut. 1.: vbi ſchol. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἄλγος ἀλγαλέον, καὶ κατὰ τροπὴν τȣ̃ λ̄ εἰς ρ̄ ἀργαλέον, ὡς ποδαλγία ποδαργία. add. Etymol. M. v. ἀργαλέος p. 135. 19. Sed Koenius apud Gregor. de dial. Attica p. 68. e codd. MSS. edidit, καὶ τὴν κεφαλαργίαν [λέγȣσι] κεφαλαλγίαν, pro τὴν κεφαλαλγίαν κεφαλαργίαν· vereor, vt recte. Sic apud Pindar. Pythionn. 4, 485. eſt φαυροτέροις, vel ἀφαυροτέροις, vt Schmidius e cod. Pal. tertio edidit, pro φαυλοτέροις· v. Portus Lex. Pindar. p. 554.: et e Lat. *flagellum* extitit nomen φραγέλλιον. Sed pro ὀφέλλιμος apud Oppian. Ἁλιευτ. 3, 429. iam olim fuere, qui ſcriberent ὀφέλσιμος, Αἰωλικότερον, iudice Euſtathio ad Odyſ. γ′ p. 1472, 33.: qua vocabuli forma vſus eſt Callim. h. in Apol. 94. v. Obſeruatt. miſcc. p. 201. ſ. To. 4. Caeterum Cretes conſueuerunt multis in verbis pro litera λ̄ vſurpare literam ῡ· vt αὐκὰν dixere pro ἀλκήν, auctore Heſychio v. αὐκάν. v. Koenius ad Gregor. p. 162., qui ibi pro τὸ βέλτιον βέντιον reſcribendum eſſe cenſebat τὸ βέλτιον βεύτιον. Latini autem veteres ſaepe pro litera *l* ſubſtituerunt literam *d*. vid. Laurenbergius Antiquar. p. 119. Nam etiam Laconum coenae a nonnullis φιδίτια dictae eſſe pro φιλίτια putantur. v. Plut. V. Lyc. 12. p. 109. To. 1. Tub. et Porphyrius de abſtin. 4, 4. p. 147. Cantabrig., qui verba Plutarchi ipſa retinuit.

*redundat in deriuatione*] Etymol. M. v. εἰδαλίμας p. 295. 26. παρὰ τὸ εἶδος εἴδιμος, καὶ πλεο-

νασμῷ τῆς λλ συλλαβῆς εἰδάλιμος, ὡς κύδιμος κυδάλιμος.

*relliquiae*] Quo quidem in genere poëtae Latini imitati eſſe videntur Aeoles, qui pro ὅμιλος, verbi cauſſa, et πέδιλα, dixere ὅμιλλος, et πέδιλλα. v. Etymol. M. v. πέδιλα p. 658. 55.

*poëtae — extrudunt*] Euſtathius ad Odyſ. κ' p. 1647. 63. Ἴδιον γὰρ Ἰώνων, καὶ Αἰολέων, τὰ τῶν λέξεων πρῶτα σύμφωνα αἴρειν, εἴτε ἓν| τύχοι ὄν, οἷον λαιψηρὸς αἰψηρὸς, εἴτε δύο, πλευρὰξ εὐρὰξ, ἐπίῤῥημα ποιότητος, τὸ παρὰ πλευρὰν, ἤτοι πλάγιον. Εἴβει Hom. Il. τ', 323. Euſtath. ad Odyſ. γ' p. 1471. 28. Δῆλον δὲ πολλαχόθεν, ὡς ταυτόν ἐςι λείβειν, καὶ εἴβειν· καὶ ὡς Ἰώνων, καὶ Αἰολέων, ἐςὶ τὸ εἴβειν ἐκ τȣ̃ λείβειν· καθὰ καὶ τὸ αἰψηρὸς ἐκ τȣ̃ λαιψηρός. Conf. Ioh. Grammat. p. 79. et Gregor. p. 209. Εἴβετο Heſiod. Θεογ. 910.: qui poëtae locus hanc in rem laudatur in Etymol. M. v. εἴβω p. 295. 21. Εἴβω σημαίνει τὸ ἀποςάζω· ἀπὸ τȣ̃ λείβω, ἀποβολῇ τȣ̃ λ. Ἡσίοδος, καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβεται. Sic εἰβομένη legitur apud Sophoclem Antigon. 537.: κατείβεται apud Nicand. Therr. 307. Sed θρυλέοιμι habet Theocr. Idyl. 2, 142.: Ἀχιλεῖ Pindar. Olympp. 10, 22.: Ἀχιλεὺς Hom. Il. α', 199. Theocr. Idyl. 16, 74.: Ἀχιλεῦ Hom. Il. τ', 216.: μακέλην Heſiod. Ἔργ. 470.

*pro μ Aeoles habent β*] Etymol. M. p. 364. 57. Ἐπιςοβέωσιν· Ἀπολλώνιος, Μή μιν κερτομέȣσαι ἐπιςοβέωσι· — ἐπιςομέωσι· καὶ τροπῇ τȣ̃ μ εἰς β. Heſychius: Βύρμακας· μύρμηκας. v. Salmaſius ad Tertul. Pal. p. 122. ſ. et Obſeruatt. miſcc. p. 458. To. 4. Caeterum verba, *ſic Hebr. — amore*, et *tereb. e τέρμ.*, in editt. Lipſſ. primis non leguntur: quae eaedem pro *extruſo* habent *extrito*.

*pro μ habent π*] Grammat. Merman. p. 330. de dial. Aeol., Ἀντὶ δὲ τȣ̃ μ τὸ π· μετ' ἐμȣ̃ πέτ' ἐμȣ̃.

et

*ſic Attice, et poëtice*] Vid. Ioh. Grammat. p. 73. Etiam Ionice, et Dorice. Νοσφιεῖς Eurip. Alceſt. 44.: νομιοῦμεν Herodo. 2, 17.: νομιεῖτε Iſaeus p. 548. To. 2. Reiſq.: γνωριεῖτε ib. p. 400.: ὑστεριοῦμεν Demoſth. p. 49. 1. To. 1. Reiſq.: βαδιοῦμαι ib. p. 244. 26.: βαδιεῖται ib. p. 108. 1.: σεῦα Hom. Il. υ΄, 189. Etymol. M. v. σεύω p. 710. 4. Σεύσας οὖν ἐστιν ἡ μετοχὴ τοῦ πρώτου ἀορίστου, καὶ χεύσας, ὡς ἀλεύσας, καὶ ἱππεύσας· ἀλλὰ κατ᾽ ἔνδειαν τοῦ σ γίνεται σεύας [Hom. Il. ο΄, 681.], καὶ χεύας [Odyſ. γ΄, 289. Rom.], καὶ ἀλεύας [ἀλευάμενος Il. ε΄, 444.]. Ἐϋκτίμενος multis in locis vtriuſque carminis Homeri legitur, vt Il. β΄, 570. ε΄, 543. Odyſ. γ΄, 4. δ΄, 342.: vt ἐΰκτιτον, pro εὔκτιστον, Il. β΄, 592. v. Etymol. M. v. εὔκτιτον p. 392. 37. Πάγκλαυτον habet Sophocles Electr. 1090.: vbi Triclin. οὕτω γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὰ τοιαῦτα γράφουσιν ἐκβάλλοντες τὸ σ, ὥσπερ

ὥσπερ καὶ τὸ εὐκτίμενον παρ' Ὁμήρῳ. Πολυκλαύτου eſt in titulo monumenti Midae apud Herodo. V. Hom. 11.: ἀκλέϊτους apud Dionyſ. Halic. 2, 33. p. 305. To. 1. Reiſq., pro ἀκλεέστους, quae eſt cod. Vatic. ſcriptura: γνωτὰ apud Sophocl. Oed. tyr. 58.: ἀρίγνωτον apud Pind. Pythionn. 4, 169.: ἀντικώτερον apud Xen. Hipparch. 2, 6.: pluraque alia eiuſmodi verba, quibus multi grammatici recentiores literam σ̄ inſeri ſine cauſſa iuſſere, congeſſerunt Doruillius ad Charit. p. 403. Amſtel. Horreus Obſeruatt. critt. 19. et Vernſdorfius ad Himer. p. 258. Eiuſdem generis ſunt verba haec: κεκλειμένου Herodo. 2, 121. 2.: ſed reſcribi haud dubie debet κεκληϊμένου· vt 3, 117. ſcriptum extat περικεκληϊμένον, et ἀποκεκληϊμένου· v. Suidas v. σέσωσται, et Etymol. M. v. κεκλίαται p. 500. 17.: βιηθεὶς Herodo. 7, 83.: βιαταὶ Pindar. Pythionn. 1, 81.: κατεπαύθη Herodo. 1, 138.: πειραθῆναι Iſocrat. p. 243. To. 1. Bat.: μάτευε Pindar. Nemeonn. 3, 53.: ματεύει Aeſchyl. Agam. 1103. v. Euſtath. ad Il. ξ' p. 971. 12. Sic ἐκλιπῶσα, pro ἐκλιποῦσα, Ariſtoph. Lyſiſtr. 1299.: πᾶα, pro πᾶσα, ib. 994.: Etymol. M. p. 646. 37. Πᾶα· τὸ πᾶα, ὡς λέγει Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν, ἀπὸ τοῦ πᾶσα γίνεται· et μῶαν, pro μοῦσαν, Lyſiſtr. 1251. Etymol. M. v. Εὔιος p. 391. Εὔιος, καὶ Εὔσιος, ὁ Διόνυσος· — Δωρικῇ γὰρ διαλέκτῳ μεταγενεστέρᾳ κατ' ἔνδειαν τοῦ σ̄ φασὶ γεγενῆσθαι Εὔιος, καὶ Εὐοῖ, καὶ Εὐάν· ἔθος δὲ ἔχουσι Δωριέων τινές· ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι, καὶ Λάκωνες, καὶ Παμφύλιοι, καὶ Ἐρετριεῖς, καὶ Ὠρώπιοι, ἔνδειαν τοῦ σ̄ ποιοῦντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι ποίηαι, καὶ βουσόα βοῦα [Etymol. M. p. 208. 6.], καὶ μουσικὰ μωϊκά· κέχρηται τούτῳ τῷ εἴδει τῆς δασείας καὶ Δέρκυλλος. Cuius quidem obſeruationis grauitas etiam magis eo confirmatur, quod Priſcianus 1. p. 25. tradit, literae ſ cum aſpiratione tantam eſſe

cognationem, vt pro ea in quibuſdam dictionibus ſoliti fuerint Boeoti pro *s*, *h* ſcribere, *muha* pro *muſa* dicentes. v. Valquenar. ad Theocrit. p. 274. Sed nota illa ſpiritus flatilis nunc in libris ſcriptorum veterum editis non comparet. Et Quinctilianus 1, 7. 21. auctor eſt, Latinos priſcos *iuſi* dixiſſe pro *iuſſi*: ſed Ciceronis temporibus, et paulum infra, *cauſſae*, *caſſus*, *diuiſſiones*, ſcripſiſſe pro *cauſae*, *caſus*, *diuiſiones*. Sic Graeci quoque, et Ὀδυσσεὺς, Παρνησσὸς, Πίσσα [Ariſtoph. Rann. 1263.], et Ὀδυσεὺς [Hom. Il. δ', 494.], Παρνησὸς [Hom. Odyſ. ώ, 331. Callim. h. in Del. 93.], Πίσα [Pind. Olympp. 2, 4.], ſcripſere. v. Sylburgius ad Pauſan. p. 921. Kuhn.

βȣ́τομον] Tellerus ducem ſequutus eſt etiam hac in re Caninium Helleniſm. p. 76. Cren. At praeſtat dicere, βȣ in hoc, aliiſque eiuſmodi verbis, eſſe particulam ἐπιτατικήν. v. Euſtath. ad Il. ν' p. 962. 6. et Bodaeus ad Theophr. hiſt. plantt. 4, 11. p. 462. b. Neque vero rectius Caninius huc retuliſſe videtur nomen νȣθέτησις, quum ductum ſit a verbo νȣθετεῖν, ita, vt potius literam ν ſublatam eſſe appareat, aut nullam.

πολλάκι pro πολλάκις] Vid. Hom. Il. ά, 396. γ', 232. Heſiod. Ἔργ. 240.: qui locus laudatur ab Aeſchine p. 324. 525. ſ. To. 1. Reiſq.: Herodo. 1, 36. Theocr. Idyl. 1, 144. 2, 88. 11, 12. Sic ποσσάκι Callim. h. in Dian. 119.: τȣτάκι Pindar. Pythionn. 4, 49.: quam vocabuli formam docet Doricam eſſe Etymol. M. v. αὐτίκα p. 172. 7., eamque in rem laudat Pindari verba, τȣτάκι πεζαμένης· quae retulit Sartorius inter fragmm. poëtae p. 65. Certe legitur in oraculo Delphico apud Pauſan. 9, 14. p. 739. Kuhn. Πλειςάκι attulit vna cum aliis huius generis aduerbiis Etymol. M. v. αὖθι μένειν p. 169. 31. Nam Attici quidem ἄχρι, et μέχρι, dixere, ſed Iones ἄχρις, et μέχρις. v. Moeris v. ἄχρι, et Phryn. eclogg. p. 6.: Herodi. Philet. p. 451. Pierſ., omnino-

que

que Verheicquius excurſ. in dialectos Antoninianas p. 294. ſ.

*Verſibu', quos olim Fauni* — Gothofr.] Vid. Columna ad fragmm. Ennii p. 8. Heſ. Sic Cicero Phaenomm. Arati v. 25. *Puluerulentus vti de terra* lapſu' *repente:* et v. 92. *Delphinus iacet haud nimio* luſtratu' *nitore.* v. Ioh. Cunr. Suartii Grammat. Lat. p. 474.

*Aeoles de nominibus primae*] Gregor. de dial. Aeol. p. 283. Οἱ αὐτοὶ πολλάκις εἰς ᾱ ποιοῦσι τὰς εὐθείας. Ὁ Ἀρχύτα γὰρ λέγουσιν ἀντὶ τοῦ ὁ Ἀρχύτης, ὁ Ὑβραγόρα ἀντὶ τοῦ ὁ Ὑβραγόρας, ὡς καὶ οἱ Ἀττικοὶ, τὰς εἰς ᾱ κλητικὰς εἰς εὐθείαν μετάγοντες. Sic Θυέστα, pro Θυέστης, Hom. Il. β', 107.: νεφεληγερέτα, pro νεφεληγερέτης, Il. ά, 511.: εὐρυόπα, pro εὐρυόπης, Il. έ, 265.: μητιέτα, pro μητιέτης, Il. ί, 377. v. Gregor. de dial. Att. p. 40. atque ibi Etymol. M. Leid. in Koenii notis, et Euſtath. ad Il. ά p. 75. 18. ad Odyſ. γ' p. 1457. 18. Et Aeolum quidem auctoritatem etiam hoc in genere ſequuti Latini dixere *Aenea, Anchiſa, Pelia, Euthia, Hermagora.* v. Quinctil. 1, 5. 61.

Ad p. 43. *e genit. et vocat. contr.*] Gregorius de dial. Aeol. p. 291. ſ. Τὴν δὲ εἰς ες κλητικὴν τῶν εἰς ης ὀνομάτων δίχα τοῦ σ προφέρουσι, Σώκρατες Σώκρατε, Ἀριστόφανες Ἀριστόφανε, Δημόσθενες Δημόσθενε· καὶ τῶν γενικῶν δὲ πτώσεων τὸ σ ἀφαιροῦσι, Σωκράτου, Διομήδου, Σοφοκλέου, λέγοντες· et grammat. Merman. p. 331. Τῶν δὲ εἰς ης ὀνομάτων, ὧν ἡ κλητικὴ εἰς σ, δίχα τοῦ σ λέγουσι, Σώκρατες Σώκρατε· καὶ τῶν γενικῶν δὲ πτώσεων τὸ σ ἀφαιροῦσι, Σωκράτου. Αἰσχίνου, pro Αἰσχίνους, legitur apud Ariſtoph. Auu. 822.

*Dorice* ὃ *pro* ὃς] Theocr. Idyl. 15, 86. Hom. Il. ά, 388. γ', 351., aliiſque in locis: v. Gregor. p. 151.: vt ὅπερ, pro ὅσπερ, Il. ή, 114.: ὅτις, pro

ὅςις, Il. τ', 260. Odyſ. α', 47. v. Sylburgius in notis ad Clenardi, et Anteſignani, grammat. p. 437. Hanou. mai. a. 1616. et infra in Capite de articulo.

*pro τ Dorice eſt δ*] Τῆτες legitur apud Plut. V. Pomp. 67. p. 226. To. 4. Tub., et apud Ariſtoph. Acharnn. 15.: vbi ſchol. ἀντὶ τȣ ἐπ' ἔτος· οἱ Δωριεῖς δὲ διὰ τȣ δ λέγȣσι τῆδες. Orus autem apud Etymol. M. v. σητάνειοι πυροὶ p. 711. 43. tradit, Ionas σῆτες dixiſſe τὸ ἐπέτȣς, quod Attici in τῆτες, ſed Dores in σᾶτες [v. Heſych. v. τῆτες], mutaſſent. Verba, μελέδη *pro* μελέτη — δαδὸς, in editt. Lipſſ. primis non leguntur. Certe grammatici veteres praecipiunt, nomina μελέδη, μελεδώνη, μελέδημα, ducta eſſe παρὰ τὸ ἔδειν τὰ μέλη. v. Etymol. M. p. 509. 21. p. 576. 23. 28. et Euſtath. ad Il. ε' p. 575. 9. ψ' p. 1287. 59. et ad Odyſ. δ' p. 1513. 8. Sed pro μετὰ Dores, et Aeoles, dixere πέδα, etiam in verbis compoſitis, vt iam ſupra in litera μ animaduertimus. Sic Theocr. fragm. πέδα Κέρβερον apud Caſaub. ad Laërt. 1, 113. p. 39., et apud Stephan. ad Pindar. p. 413. edit. a. 1586.: πεδαυγάζων Pindar. Nemeonn. 10, 114.: πεδέρχομαι Theocr. Idyl. 29, 25.: πεδέρχεται Pind. Nemeonn. 7, 109. Vid., praeter Portum in Lexico Pindar. et Dorico, Barneſius ad Eurip. Rheſ. 372., et Arnaldus animaduerſſ. critt. p. 136.

*in quibuſdam aduerbiis Dorice pro τ eſt κ*] Gregorius de dial. Dor. p. 80. Τὸ ποτὲ ποκὰ λέγȣσι, ὡσαύτως καὶ τὸ πότε· Θεόκριτος, Πῆ πόκ' ἄρ' ἦτ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο; πῆ πόκα, Νύμφαι; vbi v. Koenius. Leguntur haec verba Idyl. 1, 66.: ſed rectius hic verſus ſcriptus extat hodie in libris editis ſic, Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο; πᾷ ποκα, Νύμφαι; Sic ὅκα μὲν — ὅκα δὲ, pro ὅτε μὲν — ὅτε δὲ, Crito Pythagor. fragmm. p. 700. Gal. 2.: ſed ὅκκα Theocr. Idyl. 5, 118., et Megarenſis apud Ariſt. Acharnn. 762.: v. Etymol. M. p. 620. 35.: πόκα,

pro

pro πότε, Idyl. 5, 5.: ποκὰ, pro ποτὲ, Laco apud Plut. V. Lyc. 21. p. 128. To. 1. Tub., et orac. Delph. apud Herodo. 4, 159.: τόκα, pro τότε, Timaeus Locr. p. 562. Gal. 2. et Theocr. Idyl. 2, 64.: v. Gregor. p. 167.: ἄλλοκα, pro ἄλλοτε, Theocr. Idyl. 4, 17. 19.: v. Gregor. p. 117.: ὁππόκα, pro ὁπότε, Theocr. Idyl. 5, 98.: εἰσόκα, pro εἰσότε, Bion Idyl. 2, 14.: ἐνίοκα, et ὀυδέποκα, pro ἐνίοτε, et ὀυδέποτε, Archytas Pythag. fragmm. p. 679. Gal. 2.

*Dores, et Aeoles, in ῡ mutant*] Τετράενες legitur apud Theocr. Idyl. 7, 147.: vbi ſchol. ἤγουν τετραετὲς Ἀττικῶς· ἢ τὸ ἓν ἔτος κατά τινας. Conf. Gregor. p. 125. Apud Callim. fragm. 154. Bentl. eſt τετράενον· quod vocabulum Etymol. M. v. ἄφενος p. 177. 53. ductum eſſe docet a nomine ἔνος, h. e. ἐνιαυτός. Sic vero nec in vocabulo τετραενὲς literam ῡ partes literae τ̄ agere apparet. Heſychius: Τετραέτηρον· τετραετῆ, καὶ τετράενον.

*τ̄ in π̄ Cretice, et Aeolice*] Ioh. Grammat. p. 93. et Gregor. de dial. Aeolica p. 290. Ἀντὶ δὲ τοῦ τ̄ τὸ π̄, ϛολὴν σπολὴν, ϛαλεὶς σπαλεὶς· et idem Gregor. de dial. Dor. p. 167. Cretas oſtendit pro ϛάδιον dixiſſe σπάδιον. Heſychius: Σπάδιον· τὸ ϛάδιον. Σπολάδα legitur apud Ariſtoph. Auu. 936. Heſych. Σπολάς· χιτωνίσκος βαθὺς, σκύτινος. Idem: Πέσσυρες· τέσσαρες· Αἰολεῖς. Πίσυρες habet Hom. Odyſ. έ, 70.: πισύρεσσιν Nicand. Therr. 260. Heſychius: Πέμπε· Αἰολεῖς, πέντε. v. Herodo. V. Hom. 37. Euſtath. ad Il. ά, 463. p. 135. 41.: vbi poëta habet πεμπώβολα· et Apollon. Lex. Hom. v. πεμπάσσεται· quod verbum extat Odyſ. δ', 412. Πεμπάδες, et πεμπάδαρχοι, Xen. Cyrop. 2, 3. 9. ſ. Verbum πέτρωπται e Caninii Hellen. p. 93. a Tellero huc tranſlatum eſt, et a Caninio e Ioh. Grammatici libello. v. Stephan. Theſ. To. 4. append. p. 13.

*ἐμπίσσειν pro ἐμπίπτειν*] Gregor. de dial. Aeol. p. 290. et grammat. Merman. p. 330. Ἀντὶ δὲ τῶν δύο ππ δύο σσ, ἐμπίπτειν ἐμπίσσειν· ſed e Ioh. Grammatici libello reponi haud dubie debet, ἀντὶ δὲ τȣ͂ πτ δύο σσ, ἐμπίπτειν ἐμπίσσειν· etſi in Etymol. reg. MS. v. μείζων, auctore Koenio ad Gregor. d. l., legitur haec obſeruatio, Οἱ μὲν Αἰολεῖς τὸν ἵππον ἴσσον λέγȣσι· et Salmaſium ſcimus opinatum eſſe, Aeoles pro τριττὺς dixiſſe τριππὺς, e quo Lat. *tribus* extitiſſet. Etymol. M. v. λεύσσω p. 562. Λεύσσω· τὸ βλέπω· ἐςι ῥῆμα βλέπτω — ὅπερ Αἰολικῶς γίνεται βλέσσω, ὡς ὄπτω ὄσσω· et v. ὄσσε p. 635. Ὄσσε σημαίνει τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς, παρὰ τὸ ὄπτω τὸ βλέπω, Αἰολικῶς ὄσσω, ὡς κόπτω κόσσω, καὶ πέπτω πέσσω [Herodo. 8, 137. ἔπεσσε]. add. Euſtath. ad Il. κ' p. 824. 30.

*Cretice in σ*] Petiiſſe Tellerus hanc obſeruationem videtur e Gregor. p. 162.: ſed apud eum pro τὸ ἑαυτὸν εὔαστον legi debere τὸ ἔαστον εὔαστον, docuit Koenius. Etymologus vero M. v. ἄσσα p. 157. 48., et Euſtathius ad Il. α' p. 148. 38., praecipiunt, Dores, et Megarenſes, pro τινὰ, et τίνα, dixiſſe σὰ, et σά. Certe apud Ariſtoph. Acharnn. Megarenſis dixit σαμάν; h. e., ſcholiaſta interprete, τί μήν; vel potius τίνα μήν.

*in articulis ſubiunctiuis*] Vid. Gregor. p. 177. Τὸν, pro ὃν, Herodo. 1, 5. 14. Pind. Olympp. 6, 82.: τὰ, pro ἃ, Herodo. 1, 11.: τᾷ, pro ᾧ, 1, 9.: τȣ̀ς, pro ȣ̔̀ς, 1, 11.: τὸ, pro ὃ, Theocr. Idyl. 1, 127.: τὰν, pro ἣν, Idyl. 2, 12.: τοὶ, pro οἱ, Idyl. 1, 118. Hom. Odyſ. α', 23. Sic τῆς περ, pro ἧς περ, Herodo. 1, 124.: τῇ περ, pro ᾗ περ, 1, 30. Plura dicentur hac de re in Capite de articulis.

*in praepoſitiuis*] Vid. Gregor. de dial. Ion. p. 110. Ταὶ, pro αἱ, Theocr. Idyl. 3, 1.: τοὶ, pro οἱ, Pind. Olympp. 6, 87. Ariſtoph. Acharnn. 759.

ἦμος, τῆμος] Vid. Gregor. p. 167. Sic τὼς, pro ὡς, h. e. οὕτως, Hom. Il. γ', 415. Odyſ. τ', 234. Theocr. Idyl. 23, 26. 24, 71.: ſed pro ὡς, Ariſtoph. Acharnn. 762. v. Gregor. p. 112.

*Attici veteres — et verbis*] Heraclides apud Euſtath. ad Il. α' p. 32. 35. Ὅτι δὲ ἐν τῷ ἄναξ ἄνακτος, ἄνακτι, ἐκ πλεονασμοῦ κεῖται τὸ τ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φαίνεται, Ἡρακλείδης δηλοῖ, εἰπὼν, ὅτι Κύπριοι, καὶ Ἀττικοὶ, παρεντιθέασι ῥήμασι, καὶ ὀνόμασι, τὸ τ, τὴν πόλιν πτόλιν λέγοντες, καὶ τὸν πόλεμον πτόλεμον, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τῷ ἄνακτος, καὶ νυκτὸς, καὶ ἐν τῷ ἀνύω ἀνύτω [hanc formam verbi tribuit Euſtath. ad Il. ν' p. 1216. 62. Atticis poſterioribus], ὅθεν ὁ Ἄνυτος κύριον, καὶ ἐν τῷ ἀρύω ἀρύτω [etiam huius verbi formae vſum Euſtath. d. l. addicit poſterioribus Atticis], ὅθεν ἡ ἀρύταινα, πλεονασμῷ δὲ τοῦ σ καὶ ὁ ἀρύστιχος. Atque hoc ipſum Heraclidae praeceptum repetitum extat apud eundem Euſtath. ad Il. ι' p. 764. 32. et ad Il. λ' p. 842. 62. Formis verborum πτόλεμος [Il. ζ', 328.], πτολεμίζειν [Il. φ', 463.], πτολεμιστὴς [Il. χ', 132.], πτόλις [Il. χ', 118.], πτολίεθρον [Il. δ', 239.], πτολίπορθος [Il. β', 278.], Homerus multis in locis vtriuſque carminis vſus eſt. Πτολεμίζειν legitur etiam apud Heſiod. Ἀσπ. 358.: πτολέμοιο Θεογ. 638.: πτόλιν apud Aeſchyl. S. c. Thebb. 256.: ἀγχίπτολις ib. 507.: ῥυσίπτολις ib. 131.: περσέπτολις Perſſ. 65.: vbi ſchol. idem vocabulum attulit ex Eupolidis Marica: et περσέπτολις, de Minerua, eſt apud Callim. h. in lau. Pal. 43.: vbi v. Spanhemius: ἀπόπτολις Sophocl. Oed. Colon. 198.: τετράπτολις Eurip. Heraclidd. 81.: Ἀρχέπτολις, filius Themiſtoclis, apud Plut. V. Them. c. 32. p. 317. To. 1. Tub. coll. Plat. Cratyl. 13.: πτολιπόρθοις Pind. Olympp. 8, 46. Et quanquam Herodianus Hortt. Adon. p. 205. 409. tradit, Atticos, et Cyprios, pro ἀνύτω, et ἀρύτω, dixiſſe ἀνύττω, et

ἀῤύττω· tamen alii grammatici doctiſſimi auctores ſunt, Atticos pro ἀνύω, et ἀρύω, ſcripſiſſe ἀνύτω, et ἀρύτω. v. Moeris v. ἀρύτεσθαι· Gregor. p. 28. ſ. et ibi Koenius: ſchol. Soph. ad Trachinn. 343.: ſchol. Thuc. ad 2, 75. p. 145. Ducqu.: Etymol. M. v. ἀνύω p. 115. 15. Neque enim dubitari poteſt, quin ſcriptura ἀνύττειν, quam affert ſchol. Thuc. d. l., aliique, extiterit e praua verbi pronuntiatione, ita, vt Alterus apud Thuc. 2, 75. 76. pro ἀνύτειν temere reſtituerit ἀνύττειν, ſed Zeunius Xenophonti Cyrop. 1, 6. 5. e cod. Guelf. recte reddiderit ἀνύτειν, pro ἀνύττειν, et ἀνύειν. Ἀνύτειν Ariſtoph. Plut. 607.: vbi v. Hemſterhuſius: ἤνυτον Sophocl. Antigon. 237.: ἀνύτουσι Xen. Oecon. 21, 3.: ἀνύτοντες ib. 9.: ἀνύτοις ib. 13, 9.: ἀνύτοιεν ib. 18, 5. Atque huc referenda nonnulli cenſent eſſe nomina πτυκτὸς, et πτυκτίον, pro πυκτὸς, et πυκτίον· immo iſta nomina ducta ſunt a verbo πτύσσω, ita, vt literam τ ex iis, oris, auriumque, cauſſa, exemtam eſſe appareat. v. Euſtath. ad Il. ζ′ p. 633. 6. et Montefalc. Palaeogr. 1, 4. p. 25. Magis huc pertinet nomen πόρτις [Hom. Il. ε, 162. Lycophron. Caſſandr. 102.] pro πόρις [Lycophr. Caſſandr. 184.]: v. Etymol. M. v. πόρτις p. 684.: et ἄρκτος pro ἄρκος. Etymol. M. h. v. p. 144. 19.

*τίκτω pro τέκω*] Etymol. M. v. γίνεται p. 232. 31. τὸ ε γὰρ ἐν πλεονασμῷ συμφώνου γενόμενον τρέπεται εἰς τὸ ι· οἷον μένω μίμνω, τέκω τίκτω. Sed cur Tellerus hoc τ inſiticium his in verbis dixerit *Atticum*, non apparet. Neque enim conſideraſſe ſatis verba Caninii p. 113. Cren. videtur.

*item τ trium — illud habentium*] Helladius Chreſtomath. p. 23. Meurſ. Τούτων διὰ μὲν τοῦ γ κλίνεται, τὸ τρὺξ, καὶ τὸ σύξ· διὰ δὲ τοῦ χ, τὸ πτὺξ, καὶ τὸ νύξ· πτὺξ γὰρ πτυχὸς, καὶ νὺξ νυχός· ἐξ οὗ καὶ πάννυχος, καὶ παννυχὶς, καὶ παννύχιον· καὶ κατὰ

ἀντι-

ἀντιϛοιχίαν νυκὸς, καὶ ἐπενθέσει τȣ῀ τ, νυκτός· Φιλεῖ γὰρ πλεονάζειν ἐν ταῖς γενικαῖς τὸ τ, ὥσπερ ἐπὶ τȣ῀ ἄνακτος, καὶ γάλακτος. Conf. Etymol. M. v. νὺξ p. 609. Sic ex *biennes*, primo, litera *d* immiſſa, *bidennes*, deinde *bidentes*, vt dictu facilius, leniuſque, extitiſſe, Gellius ſcriptum inuenerat in commentariis quibuſdam ad ius pontificium pertinentibus. v. NN. AA. 16, 6.

*Iones, et Attici, inter duas — extrudunt*] Vid. grammat. p. 25.

*Ionice abiicitur*] Athen. 6, 3. p. 229. B χωρὶς δὲ τȣ῀ τ ϛοιχείȣ Ἴωνες ἤγανον λέγȣσιν, ὡς Ἀνακρέων, χεῖρά τ᾽ ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν [fragm. 77.]· quem verſiculum laudat etiam Euſtath. ad Odyſ. τ΄ p. 1862. 16., qui tamen formam huius nominis ibid. v. 11. Doribus tribuit.

*Plutarchus quaeſt. Graecc. 9. p. 292. To. 2.*] Idem hoc praecipitur a Stephano Byzant. v. Βέρεια, ab Heraclide apud Euſtath. ad Odyſ. κ΄ p. 1654. 19., atque ab Etymol. M. v. Ἀφροδίτη p. 179. 17., et v. Βέροια p. 195. 37., vbi, et Βερενίκη rectius ſcriptum extat, et in numerum horum vocabulorum refertur nomen κεβαλὴ pro κεφαλή. Heſychius: Κεβαλή· κεφαλή. Κεβλὴν habet Callim. fragm. 140. Bentl. Conf. Salmaſius in de Helleniſt. p. 377. ſ. et Valquenar. ad Herodo. 6, 45. p. 457.

*Iones aſpiratum φ mutant in π*] Vid. Ioh. Grammat. p. 61. 63. et grammat. p. 33. Verbis huius generis ibi laudatis addi poſſunt iſta. Ἀπικομένȣς, et ἐσαπικνέεσθαι, et ἀπίκοντο, Herodo. 1, 1.: ἀπικέσθαι, et ἀπηγήσασθαι, ib. c. 2.: ἀπελόμενοι ib. c. 14. Etymol. M. v. ὁμίχλη p. 624. 14. Οἱ γὰρ Ἴωνες τοῖς ψιλοῖς ἀντὶ δασέων χρῶνται· τὸ ἀφικόμεθα γὰρ ἀπικόμεθα λέγȣσι, καὶ τὸ ȣ᾽χὶ ȣ᾽κί. Sic, quae a Nicandro φιϛάκια dicuntur, ea a Syris πιϛάκια, et a Poſidonio βιϛάκια, dicta ſunt. v. Athen. 14,

 17.

17. p. 649. E. Sed nunc in libris Nicandri editis ſcriptum extat πιςάκια Therr. 891. Pro Φερσεφόνα Pindar. Olympp. 14, 29.: v. Etymol. M. h. v. p. 790. 52.: apud Homerum [Odyſ. κ', 494. λ', 216.] Περσεφόνεια, et apud alios ſcriptores, Περσεφόνη, legitur. v. Etymol. M. h. v. p. 665. 47. Sic Lat. *paenula* extitit e nomine φαινόλης [Athen. 3, 18. p. 97. E]: ſed *fur* e nomine φώρ. v. Gell. 1, 18.

Ad p. 44. *Attice* ἠμὶ] Etymol. M. v. ἦ p. 416. 26. Ἔστι φῶ τὸ λέγω· ὃ παράγωγον φημί· καὶ Ἀττικῇ ἀποβολῇ ἠμὶ, τὸ αὐτὸ σημαῖνον. Ἠμὶ Ariſt. Nubb. 1143. Rann. 37.: ἦν Equitt. 631.

*Aeolice pro* χ *eſt* φ] Haec quoque obſeruatio tranſlata eſt a Tellero in hunc librum ex Helleniſmo Caninii p. 122. Cren.: qui eam Ioh. Grammatico p. 93. Baſ. debet, a quo adiuuandae eius, confirmandaeque, cauſſa idem nomen αὐφὴν, pro αὐχὴν, allatum eſſe video. v. Steph. Theſ. append. p. 13. Fieri enim poteſt, vt grammaticus reſpexerit ad Anytes epigramma in delphinum, quod Neocorus integrum edidit in notis ad Suidan v. ποιφύσσω p. 229. ſ., repetitum a Lycio in fragmm. poëtriarum octo p. 110.: cuius v. 2. nunc legitur Αὐχέν' ἀναρρίψω. Quo vero auctore idem Caninius tradiderit, nomen ὄφις e nomine ἔχις, non ὄχις, vt, operarum errore, in nonnullis grammaticae Vellerianae editionibus legitur, extitiſſe, non reperio, quum illud haud dubie originem ſuam verbo ὄπτειν debeat. v. Etymol. M. h. v. p. 644. 6. Sed pro litera aſpirata χ tenuem eius κ ab Ionibus fere poſitam eſſe, Vellerus ipſe ſupra p. 33. docuit. Exempla vocabulorum ibi allata augeri poſſunt his. Δουροδόκης, pro δουροδόχης, Hom. Odyſ. α', 128.: vbi v. Euſtath. p. 1399. 36.: καπνοδόκης, pro καπνοδόχης, Herodo. 4, 103. 8, 137.: οὐκ ὑγίεια 1, 8.: ἐκδεκόμενος 1, 7.: δέκεσθαι 1, 60.: δεκόμεθα 8, 137.: πανταχῇ 2, 124.: ἔσκον, pro ἔσχον, apud Gell.

Gell. 6, 15. Sed huius iſtarum literarum permutationis veſtigia etiam Atticorum veterum in lingua, pro eius cum Ionico ſermone coniunctione [v. Euſtath. ad Odyſ. ά p. 399. 39.], comparent, atque adeo in dialecto Dorica, et Sicula. Nam Siculi quidem pro χύτρα, et χιτὼν, dixere κιτὼν, et κύτρα. Gregor. de dial. Dor. p. 158. Ἰδίως δὲ λέγουσιν οἱ Σικελοὶ τὴν χύτραν κύτραν, τὸν χιτῶνα κιτῶνα· vbi v. Koenius. Et apud Pindar. Olympp. 4, 14. δέκευ, et v. 25. πανδόκοις, vt πανδόκῳ ib. 3, 30., leguntur. Attici autem veteres pro βρύχειν dixere βρύκειν, et ῥέγκειν pro ῥέγχειν. Moeris: Βρύκειν, Ἀττικῶς· βρύχειν, Ἑλληνικῶς· vbi v. Pierſon. p. 101. Idem Moeris: Ῥέγκει, ἐπὶ τῶν κοιμωμένων, Ἀττικῶς· ῥέγχει, Ἑλληνικῶς. Aeſchylus Eumenn. 53. Ariſtoph. Nubb. 5. Nicand. Therr. 434. ῥέγκουσι· Ariſtoph. Nubb. 11. ῥέγκωμεν· Equitt. 104. ῥέγκει· ib. 115. ῥέγκεται. Sic *induciae*, ceſſatio pugnae pacticia, dictae ſunt ἐκεχειρία pro ἐχεχειρία· v. Gellius 1, 25. et Etymol. M. h. v. p. 321. 26. Sed Latini multis in verbis e Graeca lingua traductis pro χ ſubſtituere γ. v. Salmaſ. ad Trebel. Pollion. p. 290. b Pariſ.

λιαρὸς *pro* χλιαρὸς] Vid. Hom. Il. λ', 477. 829. 845. Odyſ. έ, 268. coll. Etymol. M. v. λιαρος p. 564. 26. et Euſtath. ad Il. λ' p. 857. 25. Sed litera χ redundat in aduerbio πάγχυ pro πάνυ· qua eius forma, praeter Homerum, vſus eſt Herodo. 1, 31., et Ariſtoph. Rann. 1579. v. Etymol. M. h. v. p. 647. 2.

laena *ex* χλαῖνα] Feſtus p. 304. Gothofr. *Laena* veſtimenti genus habitus duplicis: quidam appellatum exiſtimant Tuſce, quidam Graece, quam χλαίνην dicunt. v. Caſaubonus ad Strab. 4. p. 196.

ψ *reſoluitur*] Ioh. Grammat. de dial. Aeol. p. 93. Ἀντὶ τοῦ ψ τὸ π καὶ σ, Πέλοψ Πέλοπς, Ἄραψ Ἄραπς.

ἄμαθος

*ἄμαθος pro ψάμαθος*] Methodius apud Etymol. M. h. v. p. 75. 54. Ἄμαθος ἡ ψάμμος, παρὰ τὸ ψάμαθος γίνεται, ἀποβολῇ τοῦ ψ. Ἀμάθοισι legitur h. Hom. in Apol. 439.

*Scaliger*] Iulii Caeſaris Scaligeri de Cauſſis linguae Latinae libri tredecim quum etiam poſt mortem eius ab harum literarum ſtudioſis vehementer expetiti fuerint: mirandum non eſt, eos non ſemel formulis ſtanneis deſcriptos exiiſſe, vt A. C. 1597. octonis Heidelbergae. Gerh. Ioh. Voſſii de literarum permutatione tractatus Etymologico eius Latino praemiſſus extat in Parte prima Operum Voſſianorum, quae ſex voluminibus formae maximae comprehenſa edi coepta ſunt Amſtelodami a. 95. ſaeculi ſuperioris. Angeli Caninii Alphabetum legitur in eius Ἑλληνισμῷ, qui A. C. 1700. octonis, cura Thomae Crenii, denuo Amſtelodami prodiit, p. 1. — 151. Sed Martini Rulandii libri quinque de lingua Graeca, eiuſque dialectis omnibus, a. 56. ſaeculi ſexti decimi quaternis emiſſi ſunt Tiguri: quos ſequutus eſt octonis a. 21. ſuperioris ſaeculi Leucoreae Eraſmi Schmidii liber de dialectis Graecorum principalibus: et de opuſculo vtiliſſimo Mich. Metarii, quod inſcribitur *Graecae linguae dialecti*, ſupra dictum eſt.

Μιχαὴλ, Σὴθ] Eandem obſeruationem habet Caninius Ἑλλην. p. 3., additis verbis Ἀχάβ, Βοὸζ, Ἐνὼχ, Ἀδάμ· cuius ipſius admonitu Vellerus ſubiecit praeceptum de particulis ἐκ, et οὐκ. Et de origine particulae οὐχ quidem idem ſenſiſſe grammaticorum veterum quoſdam, Euſtathius auctor eſt. Is enim ad Il. β΄ p. 211, 31. Ὅτι τὸ οὐχὶ ἐπίῤῥημα, inquit, τέτριπται πάνυ τοῖς παλαιοῖς μᾶλλον, ἤπερ τὸ ἦχι ἀντὶ τοῦ ὅπου. Διὸ καὶ συναλείφεται τὸ ι τούτου ἐν τῷ, οὐχ οὕτως, καὶ οὐχ ἅλις, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Sed attingit etiam aliorum grammaticorum ea de re ſententiam, adiectis verbis, εἰ καί τινες ἀπαρέσκονται οὐκ ἄνευ

ἄνευ λόγȣ. Atque hanc eorum rationem expoſuit conditor Etymol. M. v. ȣ̓χ ἅπτομαι p. 638. Scilicet pro ȣ̓ ante vocalem non adſpiratam dicitur ȣ̓κ, adiuncta litera κ, διὰ τὴν χασμωδίαν· ſed ante adſpiratam ȣ̓χ· nam ἡ δασεία τὸ ψιλὸν μεταβάλλει πρὸς δασύ. Sed ſi ȣ̓χ extitiſſet ex ȣ̓χὶ, ante vocales non adſpiratas ſcribi deberet ȣ̓χ᾽, neque ȣ̓κ. Ψιλὴ γὰρ ȣ̓ δύναται μεταβάλλειν τὸ δασὺ εἰς ψιλὸν, ὡς τὸ ἀμφ᾽ ἐμοί· Etymol. M. d. l. v. 22. Sic vero nec in diſiunctione ȣ̓ — χ ſcribendum eſſe intellegitur. Scilicet Vellerus hac quoque in re ducem ſequutus eſt Anteſignanum in ſcholiis ad Clenardi grammaticam p. 10. Hanou. min. Caeterum in editt. Lipſſ. primis addita leguntur hoc loco verba, *Reliquae dictionem Graecam claudere nequeunt, ſed ſunt peregrinae:* quae tamen alii libri editores recte iuſſerunt tolli, quum ſententia eorum iam contineretur ipſis ſuperioris obſeruationis verbis.

*de ſyllabis*] De natura ſyllabarum, earumque affectionibus, et generibus, variis, praeter Priſcianum gram. 2, 1. p. 35. ſſ. Baſ. et Diomeden gram. 2. p. 102. ſſ. Lipſ., conſuli poteſt Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. c. 15. p. 105. ſſ. Vpton., et Sextus Empir. c. mathematt. 1, 6. p. 242. ſſ. Fabric.

*ex literarum — ſyllabae*] Vid. Plato Cratyl. 36.

Ad p. 45. *eſt vero ſyllaba — efferuntur*] Ariſtoteles de poët. c. 20. p. 22. D To. 4. Duual. Συλλαβὴ δέ ἐςι φωνὴ ἄσημος, συνθετὴ ἐξ ἀφώνȣ, καὶ φωνὴν ἔχοντος. Dionyſius Thrax grammat. 8. apud Fabric. B. Gr. 5, 7. p. 28. Vol. 7.: quam hominis artem grammaticam Iſ. Voſſius edere, et explicare, conſtituerat: vid. notae eius ad Pompon. Mel. 1, 8. p. 358. Gron.: et cuius exemplum a Fabricio editum cum cod. 652. bibl. S. Marci Venetae Villoiſonius Anecdott. Grr. To. 2. p. 99. ſſ. contulit: Συλλαβὴ

δὲ

δέ ἐστι, inquit, κυρίως σύλληψις συμφώνε μετὰ φωνήεντος, ἢ φωνηέντων· οἷον πᾶς, βῦς· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἐξ ἑνὸς φωνήεντος· οἷον ᾶ, ἡ. Adamus Brendelius, medicus Graece doctiſſimus, ad hunc locum grammat. Veller. annotauit iſta: *Vſitata admodum eſt deſcriptio ſyllabarum grammaticis, quam et auctor noſter retinuit: videtur tamen ea deſumta eſſe ab antiquis Graecis grammaticis, ac ſigillatim ex Theodoſio, grammatico Alexandrino, qui* Erotemata de proſodia *reliquit, quae etiamnum doctorum manibus teruntur. Cum hoc ferme conſentit Gaza, qui ſyllabam vocat* συνέλευσιν τὐλάχιστον δύο γραμμάτων, πρώτως δ' ὑποκείμενον προσῳδίας *[lib. 3. p. 239.]· cuius affectiones, ſiue ſonum, ſiue ſcribendi rationem, ſpecies, pluribus perſequutus eſt libro laudato. Legi hanc in rem poſſunt Voſſius in Ariſtarchi, ſiue de arte grammatica, lib. 2, 1. ſſ., et Scaliger de Cauſſis L. L. 2, 48. ſſ.* Gaza d. l. p. 129. Pariſ. a. 1516. addidit verba haec, λέγεται μέντοι καταχρηστικῶς καὶ τὸ μονογράμματον συλλαβὴ, οἷον ᾶ, ε̄. Praeiuit hoc in genere Chryſoloras, cuius in Ἐρωτήμασι, quae Franc. Vatablus denuo, Hieron. Aleandri auctoritate, Pariſiis A. C. 1512. quaternis, edidit, leguntur p. 5. iſta, Τί ἐστι συλλαβή; συνέλευσις τὐλάχιστον δύο γραμμάτων· καταχρηστικῶς δὲ καὶ αἱ μονογράμματοι συλλαβαὶ λέγονται, οἷον ᾶ, ε̄. Cadunt autem in ſyllabas λέξεις, ἐκτάσεις, συστολαὶ, προσῳδίαι. v. Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. cap. vlt. p. 211. To. 5. Reiſq. p. 246. Vpton.

πoι — ῶν *faciens*] In editt. Lipſſ. primis, et Batauis, legitur, ποι — ὲ — ω.

*de orthographia*] Ab Suetonio Octau. 88. vocatur *formula, ratioque, ſcribendi a grammaticis inſtituta:* ſed a Quinctiliano 1, 7. 1. *recte ſcribendi ſcientia.* Reliquerat de ea librum Herodianus, doctiſſimus grammaticus, qui ab ſcriptoribus antiquis, vt a Stephano Byzantio v. Καρία, Priſciano 2. p. 36. Baſ., aliiſque,

que, laudatur: ſed interiiſſe videtur, vt opuſculum Ori, grammatici Alexandrini, de eodem argumento, cuius memoriam ſeruarunt, praeter Suidan v. Ὦρος, Steph. Byzantius v. Τάναρος, et ſchol. min. Homeri ad Il. β', 461. Etiam Arcadius, grammaticus Antiochenus, ſcripſerat περὶ ὀρθογραφίας, et Trypho, et Hyperechius, Alexandrini grammatici, auctore eodem Suida v. Ἀρκάδιος, et v. Τρύφων, et v. Ὑπερέχιος, etiam Eudaemon. v. Stephanus Byzant. v. Αἴλια, et Etymol. M. θύον p. 457. Quam parum autem tribuerit praeceptis grammaticorum etiam hoc in genere Sextus Empiricus, cognoſci poteſt ex iis, quae omnino contra grammaticos diſputauit, c. mathematt. 1, 9. Sed quae de orthographia, conſonantiumque nexu, ad Nic. Clenardi Graecae linguae Inſtitutiones notata leguntur p. 5. ſſ. Hanou. min. p. 3. ſſ. Hanou. mai., eorum auctor, non Frider. Sylburgius eſt, vt Brendelius putabat, immo Pe. Anteſignanus.

*duo puncta, quae διαιρέσεως dicuntur*] Haec puncta capitibus vocalium ῐ, et ῡ, ſic impoſita conſpici iam in codicibus quinti, ſextique, et ſeptimi, a Chriſto nato ſaeculi, etiam tum, quum ſolae ſcriptae conſpiciantur, animaduertit Montefalc. Palaeogr. Gr. 1, 4. p. 33. In Florentino quidem Homeri exemplo videmus literam ϊ vbique punctis binis inſignitam. Sunt, qui hoc in genere nominibus διάλυσις, et διάστασις, vtantur. v. Stephanus Paralipomm. grammatt. Gr. l. inſtitutt. p. 98.

*per hypodiaſtolen*] Ab grammaticis Latinis, vt Priſciano de accentt. p. 833. Baſ., Diomede gram. 2. p. 108. a Lipſ., Donato p. 180. a Lipſ., etiam a Gaza grammat. 1. p. 4. Pariſ., haec nota vocatur *diaſtole:* praeeuntibus Graecis grammaticis antiquis, vt Porphyrio περὶ προσῳδ. apud Villoiſ. Anecdott. Grr. p. 118. To. 2.: a Scaligero in de Cauſſis L. L. 2, 57. *diſiunctio.* Quae quum ſit dextra circuli pars ad

imas

imas literas depoſita, qua male cohaerentia diſcernantur: intellegitur facile, eam recte a Graecis grammaticis, vt Porphyrio περὶ προσωδίας apud Villoiſ. d. l. p. 115., Euſtathio ad Il. θ' p. 701. 56. ad Odyſ. γ' p. 1465. 16., Gaza grammat. 3. p. 129. Pariſ., aliiſque, etiam ὑποδιαστολὴν appellari. v. ſchol. in Dionyſii Thracis grammat. apud Villoiſon. d. l. p. 108., Stephanus Paralipomm. p. 95. ſſ., et Villoiſonius, qui Palaeographiam Graecam criticam edere conſtituerat [v. Anecdd. Graecc. eius To. 2. p. 171.], Prolegomm. ad Homeri Il. p. 1. et Anecdd. Graecc. p. 129. To. 2. Sed hypodiaſtoles nota quum in codicibus vetuſtis, et antiquiſſimis quibuſque ſcriptorum veterum editionibus, velut Mediolanenſi Iſocratis principe, fere omiſſa inueniatur: mirandum non eſt, vocabula ὅτι, et ὅ, τι, praeter plura huiuſmodi alia, in libris editis poſterioribus ſaepiſſime eſſe inter ſe permutata. v. Marclandius ad Lyſ. p. 602. Nam ex iis, quae ab ſcholiaſta Dionyſii Thracis apud Villoiſon. d. l. de vſu huius notae dicta ſunt, diſcimus, veteres ea diremiſſe omnia verba, quae viderentur a legentibus non recte diſcerni poſſe ab aliis verbis, quae ex iiſdem literis conſtarent: ſcripſiſſe, verbi cauſſa, ἔστιν, οὗς, et ἔστι, Νάξιος, ne quis forte haec verba ita componenda eſſe putaret ἔστι νοῦς, et ἔστιν ἄξιος. Noſtra vero aetas vſu iſtius notae, in hac ſcripturae ſingularum orationis partium diſiunctione, quae neminem verba male coniungere patiatur, neque quenquam in reperiunda eorum ſententia impedire vllo modo poſſit, recte abſtinet.

*hyphen*] Ita vocatur a Priſciano in de accentibus p. 833. Baſ., Diomede gram. 2. p. 107. b, et Donato p. 180. a Lipſ., vt ab ſchol. Dionyſii Thracis apud Villoiſon. d. l. p. 108. ὑφὲν, h. e. ὑφ' ἕν, vt ſcribi iubet Stephanus Paralipomm. p. 91., qui ὑφ' ἓν brevitatis cauſſa dictum eſſe putabat pro ὑφ' ἓν μέρος λόγου· Sed ab eodem ſchol. Dionyſii Thracis d. l. dicitur

dicitur ἡ ὑφὲν, vt a Porphyrio περὶ προσῳδίας apud Villoiſon. d. l. p. 115., et Euſtathio ad Odyſ. γ' p. 1465. 16., ita, vt intellegatur προσῳδία. Nam Euſtathius d. l. haec notauit, Ἔστι δέ φασι μουσικὴ ἀπήχησις καὶ ἐν τούτοις [τῇ ἀποστρόφῳ, τῇ ὑφὲν, καὶ τῇ ὑποδιαστολῇ] οὕτως· ἐν κουφισμῷ μὲν φωνῆς ὑπέρβασις· ἐν δὲ τῇ ὑφὲν ποιότης ἑτεροία τῆς φωνῆς ἐν τῇ τῶν ἡνωμένων λέξεων σημασίᾳ· ἐν ὑποδιαστολῇ δὲ, τῷ τῶν λέξεων χωρισμῷ. A Gaza gram. 3. p. 129. vocatur ἡ ὑφὲν συνάφεια δυοῖν λέξεων· et a Scaligero in de Cauſſis L. L. 2, 57. *coniunctio*. Haec verborum duorum coniunctio ab antiquis quidem grammaticis ſignificata eſt virgula ſubiecta verſui circumflexa: v. Priſcian. d. l.: vel virgula ſurſum curuata, ſubiacente verſui, et inflexa ad ſuperiorem partem: v. Diomedes d. l. Nota eius reperitur fuiſſe triplex haec, ‿, ‿, ‿: primae veſtigia comparent in codice Veneto libelli Porphyrii περὶ προσῳδίας, et ſcholiaſtae Dionyſii Thracis, apud Villoiſon. Anecdott. Grr. p. 107. ſ. To. 2.: ſecunda conſpicitur in codice Veneto Iliados: v. Villoiſon. prolegomm. p. 2.: tertia expreſſa cernitur in editione grammaticorum veterum, ab Aldo Manutio A. C. 1494. curata. Vſurparunt autem eam grammatici in dictionibus duabus compoſitis, quas propter factam partium mutationem iam ipſas appareret cohaerere, vt ὀνειροπόλος, χειρίσοφος, νουνεχόντας [v. Etymol. M. h. v. p. 606. 35.], vel quae propter ſeruatam integritatem non cohaerere viderentur, vt ἀειπαρθένος [Dio Caſſ. 37, 35. p. 134. 51, 19. p. 650. To. 1.], ἀπαξάπαντες [Ariſtoph. Plut. 111.: vbi v. ſchol.: 760. 1110.]. Sed nunc in editis libris verba vtriuſque generis ita ſcripta leguntur, vt nota iſta ſubiecta careant. Et nobis quidem poſterioris generis verborum vtriuſque linguae exempla nonnulla egregia apponere viſum eſt. Αὐέρυσαν Hom. Iliad. α, 459.:

vbi v. Euſtath. p. 134. 16.: πὺξ ἀγαθὸν Il. γ', 237.: Παναχαιοὶ Odyſ. α', 239.: σὺν δύο Strabo 3. p. 250. C Almel. coll. Il. κ', 224.: κάρτα γραῦς Cteſias Perſicc. 43.: σφόδρα τοξόται idem Indicc. 11.: ἐκ ἔθνει Romm. 10, 19.: ἐκ ἰσχύϊ Threnn. 1, 6.: ἐχ ὁδῷ Pſ. 106, 40.: τὴν ἐ περιτείχισιν Thuc. 3, 95,: τὴν ἐ διάλυσιν idem 1, 137.: vbi v. Ducquerus, itemque Kuhnius ad Laërt. 9, 77. p. 542. a, atque Valquenarius ad Eurip. Hippolyt. p. 184. a, et ad ſchol. Phoeniſſ. p. 599.: ἀειφυγία Demoſth. p. 528. 7. To. 1. Reiſq. Zoſim. 5, 47. 3.: ἀείσκωπας Callim. apud Aelian. H. AA. 15, 28.: ἀειφανέες Arrian. Indicc. p. 559. Blanc.: ἅπαξ ἁπάντων Ariſt. Eccleſſ. 761. *Semper deus* Virg. eclog. 1, 7.: vbi v. Emmeneſſius: *late regem* idem Aen. 1, 21.: *ante malorum* ib. 198.: vbi v. Taubmanus: *nunc hominum* Plaut. Perſ. 3, 1. 57. et ibi Taubmanus: *late tyrannus* Horat. 3. od. 17, 9.: *latiſſime victor* Plin. 3. ep. 5, 4.: *ſemper adoleſcens* Minuc. Felix Octau. 21.: *valde iureconſultus* Cic. 7. ep. 10, 1.: *longe princeps* id. 13. ep. 13, 1.: *olim magnos* Catul. 67, 129. et ibi Vulpius: *nunc dea* Propert. 2, 28. 18., et v. 61. *dirae nunc, ante iuuencae:* vbi v. Paſſeratius: omninoque Voſſius rhetor. 5, 4. 6. et Laurenbergius Antiquar. v. *intus* p. 238. b, et v. *ſemperflorens* p. 413. a.

ἀ — μνήμων] In editt. Lipſſ. primis loco huius nominis legitur nomen ἀ — μνός.

Ad p. 46. *ſi extra compoſitionem — illi ne adiungatur*] Propoſuit hoc praeceptum iam Anteſignanus in ſcholiis ad Clenardi inſtitutt. linguae Gr. p. 11. Hanou. min. Quod quidem ſi diligenter a lectoribus Graecorum quoque librorum ſpectetur: recte diſtinguere verba compoſita vbique poterunt, vt non neceſſe ſit, ſtudia eorum adiuuare alia literarum figura, qua etiam oculi eruditi offendantur. id quod facere inſtituerunt nuper

quidam,

quidam, qui excogitaſſe noui ſcilicet aliquid videri vellent. Atque haec quidem diuiſionis verborum ratio diligenter ſeruata eſt in exemplo commentariorum Euſtathii in carmina Homeri Romano.

*conſona enim in apoſtropho — trahitur ſyllabam*] Hanc ipſam obſeruationem Vellerus Anteſignano d. l. p. 10. debet: qui quidem vir doctiſſimus cauſſam quoque eius oſtendens, *Ratio*, inquit, *quare ad ſequentem vocalem ita trahantur conſonantes, eſt, quia prima ſequentis dictionis vocalis ſuccedit in locum abiectae. Aequum eſt igitur, vt conſonantes, quae ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem ſequentem trahantur, et non ad praecedentem. Ex hoc enim abſurdum ſaepenumero ſequeretur, ſyllaba in adſpiratam deſinente: vt in ἀφ' ȣ̃, et νύχθ' ὅλην· quod nunquam in pure Graecis poteſt contingere.*

*diſtinctiones*] In editt. libri Lipſſ. primis perperam legitur *dictiones*, vt verſibus paucis poſt in nuperis exemplis aeque male ſcriptum extat *dictionum* pro *diſtinctionum:* et pro verbis, *vt* Σαȣλ — *Act.* 22, 7. habent eaedem editt. Lipſſ. primae, vt Batauae, iſta, *vt* τὶς, *quis?* Sed obſeruatione ipſa, quam complectuntur verba, vt *autem haec omnia — ſemper* [vbique] *expreſſit*, haec exempla non minus, quam Batava, omnino carent. Haec enim annotatio in Velleri grammaticam ante hos ſeptem, et quadraginta, annos ex Halenſi grammatica Graeca ab eo, qui tum editioni opuſculi nouae praefuit, tranſlata eſſe videtur. Scilicet Ariſtophanes, Byzantius, grammaticus, Callimachi, Zenodotique, diſcipulus, praeceptor Ariſtarchi, floruit maxime temporibus Ptolemaei Epiphanis, regis Aegypti quinti, et antea, Ptolemaei Philadelphi ſaeculo, bibliothecae Alexandrinae praefuiſſe perhibetur. v. Suidas v. Ἀριςοφάνης, et v. Ἀρίςαρχος, atque ex eo Eudocia Ion. p. 63. ſ.: Vitruuius praefat. lib. 7. et Salmaſius ep. 187. ad Sarrauium p. 191. ſ. Burm.

 Fuit

Fuit autem grammaticorum ſuae aetatis facile princeps: v. Euſtathius ad Odyſ. ψ′ p. 1948. 48.: nobilitatus etiam doctrina, famaque, diſcipulorum, qui οἱ Ἀριστοφάνειοι dicti ſunt: quo quidem in numero, praeter Ariſtarchum, fuere Diodorus, et Artemidorus: v. Athen. 4, 29. p. 180. E, et 4, 31. p. 182. D. Hic igitur Ariſtophanes, quum Graeci antea per στίχους, et κῶλα, et κόμματα, ſcripſiſſent: v. Montefalcon. Palaeogr. 1, 4. p. 30. ſ.: fertur primus excogitaſſe tria diſtinctionum orationis ſigna, τελείαν στιγμὴν, μέσην στιγμὴν, et ὑποστιγμήν· vid. Salmaſius ep. 183. ad Sarrauium p. 187. Burm. Montefalconius d. l p. 31. et Villoiſonius Prolegg. ad Hom. Iliad. p. 11. ſ.: quae, qua vſum, punctis, inciſis, et colis, quibus hodie vtimur, reſponderunt. Dionyſius Thrax, cuius grammaticam e codice bibliothecae Iohanneae Hamburgenſis publicauit Fabricius [bibl. Gr. 5, 7. p. 26. — 34. Vol. 7.], habet ea de re haec: *Στιγμαί εἰσι τρεῖς· τελεία, μέση, ὑποστιγμή· καὶ ἡ μὲν τελεία στιγμή ἐστι διανοίας ἀπηρτισμένης σημεῖον· μέση δὲ σημεῖον πνεύματος ἕνεκεν παραλαμβανόμενον· ὑποστιγμὴ δὲ διανοίας μηδέπω ἀπηρτισμένης, ἀλλ᾽ ἔτι ἐνδεούσης, σημεῖον·* ad quem locum conferri poſſunt ſcholia a Villoiſonio edita Anecdott. Grr. p. 138. ſſ. To. 2. Ratio autem, et ſedes, harum poſiturarum cognoſci poteſt e verbis Donati grammat. p. 180. ſ. Lipſ. his: *Tres ſunt poſiturae, vel diſtinctiones, quas* θέσεις *Graeci vocant,* diſtinctio, ſubdiſtinctio, media diſtinctio. *Diſtinctio eſt, vbi finitur plena ſententia. Huius punctum ad ſummam literam ponimus. Subdiſtinctio eſt, vbi multum ſupereſt de ſententia, quod tamen neceſſario ſeparatum, mox inſerendum ſit. Huius punctum ad imam literam ponimus. Media diſtinctio eſt, vbi fere tantum de ſententia ſupereſt, quantum iam diximus, quum tamen reſpirandum ſit. Huius punctum ad mediam literam ponimus.* add. Diomedes gram. 2. p. 109. ſ. Lipſ.

At

At ea tamen diſtinctionum ſigna initio non, niſi in grammaticorum libris, vſurpata fuiſſe, admodum veriſimile eſt. Nam in antiquiſſimis quidem titulis, et codicibus, vncialibus, vt vulgo aiunt, literis ante mille fere annos ſcriptis, vocabula fere coniunctim exarata legi, viri docti dudum obſeruauere. v. Montefalconius Palaeogr. 1, 4. p. 32. Sic vero factum eſſe facile intellegitur, vt librarii non periti ſatis ſaepenumero verba, quae ſeiungenda eſſent, coniungerent, et, quae coniungi oporteret, ea ſepararent. Sic in cod. Palaeocom. Xen. Cyrop. 2, 3. 5. pro *ἀξιώσοντος* ſcriptum extat *ἄξιος ὄντως*· 2, 3. 8. *πάντων* pro *πᾶν τῶν*· 8, 1. 5. *δέκα δὲ ὧν* pro *δεκαδέων*· in cod. Guelf. 8, 1. 3. *ἥδιόν τι* pro *ᾔδει ὅτι*· vt in eodem cod. 1, 4. 4. *ἢ διαναπηδῶν* pro *ἤδη ἀναπηδῶν*· in Iunt. Ald. *εἰς ὃ φρονεῖτε* pro *εἰ σωφρονεῖτε*· 7, 5. 6. *ἂν ἕλοι* pro *ἀνέλοι*· in Ald. 5, 4. 10. *ὡς οὐδ' εἴποτε* pro *ὡς οὐ δεῖ ποτε*· in cod. Doruil. Ariſt. Plut. 790. *καταχέως ἐλαβοῦσα* pro *καταχέω σου λαβοῦσα*. v. Praef. noſtra ad Theophraſti Charr. p. 17. Quam quidem obſeruationem plurimum conferre ad emendandos, corrigendoſque, deprauatos, corruptoſque, ſcriptorum veterum locos, magna luculentorum exemplorum copia docuere Heringa Obſeruatt. critt. c. 2.: Eldiquius ſuſpicc. 1.: Valquenarius diatr. in rell. dramm. Eurip. c. 25.: Abreſchius animaduerſſ. ad Aeſchyl. p. 182. ſ. To. 2. et Frider. Iacobſius in Curis ſecundis in Eurip. tragoedias, ſ. exercitatt. critt. in ſcriptt. veteres To. 1. c. 2.: vt Gataquerus aduerſſ. poſthumm. c. 16. ſ. aeque accurate oſtendit, et patefecit, errores, qui proficiſcerentur ab ineptis verborum interpunctionibus. Titulos autem quum etiam ab indoctis, et imperitis, legi oporteret: in iis mature accidit, vt, non modo diſiungerentur verba: v. Gruterus Inſcrr. p. 769. 4.: Donius Inſcrr. 1, 87.: Muratorius Inſcrr. p. 184. 1.: Corſinius in de notis Graecc. 4. p. 72.: ſed poſt vo-

cabula etiam ſingula, atque adeo ſyllabas ſingulas, puncta, vel ſingula: v. Gruterus d. l. p. 758. 6. p. 760. 6.: Falconerius Inſcrr. athlett. p. 60.: Corſinius d. l. p. 68.: Fabretius Column. Trai. p. 259. et Inſcrr. p. 673.: Donius d. l. 4, 66.: vel bina interdum: v. Muſeum Veron. p. 11. et inſcriptio Sigea, Antiquitt. Aſiatt. p. 4. et ibi Chiſhullus p. 14.: ponerentur. At in fine tamen verſuum, temporibus correctioris praeſertim orthographiae, puncta in monumentis, vt Latinis, tanquam in cenotaphiis Lucii, et Caii, Caeſarum, Piſanis, ita Graecis quoque: v. Donius Inſcriptt. Cl. 1, 60. 82. 95. Cl. 2, 72. 73. Cl. 4, 9.: Falconerius d. l. p. 135.: Corſinius d. l. p. 84.: omitti conſueuiſſe, ſcienter animaduertit Fabretius in notis ad Inſcrr. p. 117. Itaque deſinite tandem demirari, o boni, qui vos eſſe doctrina homines ad vitae officia deuincta, nihilque de verbis laborante, inſolenter gloriamini, nolite igitur mirari, quum videtis, eruditos quoſdam viros iſtam ſcribendi veterum rationem in libris ſuis ſequi etiamnum aſſolere!

*ſignum interrogationis*] Hoc in antiquiſſimis codicibus, literis vncialibus ſcriptis, quos quidem ipſe viderit, abeſſe, ſed in libris noni, decimi, vndecimique, ſaeculi expreſſum extare, Monteſalconius, vir ſummus, in opere, quod Palaeographia Graeca inſcribitur, docet 1, 4. p. 32. Atque hoc ipſum dictum eſto de notis inciſi, et membri, quibus nunc vtimur in libris Graecis. Sed quo auctore ſignum exclamationis in iis vſurpari coeptum ſit, latet.

*haec omnia arbitraria ſunt*] Nos concedimus quidem perquam libenter, figuras diſtinctionum iſtas, vti alia huius generis fere omnia in linguis, arbitrarias eſſe. At quum vſus earum, non modo auctoritate, conſenſuque, tot iam ſaeculorum comprobatus ſit, atque confirmatus, ſed etiam multum omnes in legendis, intellegendiſque, veterum ſcriptis adiuuet: nae is temere

facere

facere videatur, qui eas nunc, aut commutare cum aliis, aut neglegere omnino, velit. Quis enim non vehementer rideat eum, qui, vt hoc vtar, *nigrum*, appellari *album*, vel *hominem* dici *equum*, opinetur poſſe?

*de orthophonia*] Ab Quinctiliano 1, 5. 33. vocatur ὀρθοέπεια, hoc eſt, emendata cum ſuauitate vocum explanatio. Trypho, grammaticus Alexandrinus, ſcripſerat opuſculum περὶ ἀρχείας ἀναγνώσεως, quod laudatur ab Euſtathio ad Il. έ p. 556. Rom.

γ̄ *ante* γ̄ — *legitur, vt* ν̄] Rationem aiunt eſſe hanc, quod litera γ̄ poſita ſit pro litera ν̄. Certe in titulis quidem antiquis, libriſque ſcriptis, ſaepiſſime ν̄, non γ̄, ante literas palatinas expreſſa reperitur: vt, ἀνγεῖον in inſcriptionibus Smyrnaeis, quas Car. Patinus Pataui A. C. 1685. quaternis edidit: συνγενῆ Marm. Oxon. XXVI. 1. συνκλήτȣ IIII. 10. λανχανόντων III. 54. ἐντυνχάνȣσι CLVI. 7.: et in codice Actuum Apoſtolorum Laudiano extant exempla huius ſcripturae iſta: ἐνκαταλίψις c. 2, 27.: ἐνκατελίφθη ibid. 31.: συνκατεψήφισαν c. 19, 19.: συνκέχυται c. 21, 31.: ἔνκλημα c. 23, 29.: ἐνκόπτω c. 24, 4.: ἐνκλήματος c. 25, 16.: ἐνκαλȣ̃μαι c. 26, 2. Sed in iiſdem marmoribus Oxonienſibus γ̄ pro ν̄, ante eaſdem literas, etiam in diuerſis vocabulis legitur: vt, τὴγ γραφὴν II. 47.: ἐχθρὸγ καὶ, et τὸγ χρόνον, II. 16. Ex his igitur, aliiſque, iſtius ſcripturae exemplis collegi recte poſſe videtur, vetuſtiſſimos Graecos, auribus ſuis, atque ori, ſeruientes, poſuiſſe ante literas palatinas pro litera ν̄ literam cognatam γ̄, in verbis, vel iiſdem, vel diuerſis, eique ſonum natiuum reliquiſſe. Si enim eam pronuntiaſſent, vt literam ν̄· quid hac literarum commutatione opus fuiſſet? et cur non eandem rationem ſequuti eſſent in pronuntiandis literis vicariis aliis omnibus? Poſteriorum autem tem-

porum Graeci in his, illiſue, ciuitatibus videntur, ſuarum quoque aurium ſenſum ſequuti, in his ipſis vocabulorum generibus literam $\bar{\nu}$ retinuiſſe immutatam. Tandem Graeci recentiores reuocare inſtituerunt, et ſcripturam horum verborum antiquam, et pronuntiationem. Nam euphonia plus interdum valet, quam analogia, vel regula praeceptorum: quae eſt praeclara Diomedis grammat. 1. p. 9. Lipſ. obſeruatio. Haec vero omnia confirmat auctoritas Romanorum, quos nouimus omnino in conformanda lingua ſua Graecorum maxime exemplum eſſe ſequutos. Nam quidam vetuſtiſſimi Romanorum auctores ſcripſere *Agchiſes, agceps, aggulus, agcora, agguilla:* quam horum nominum ſcripturam alii poſtea commutarunt ſcriptura hac, *Anchiſes, anceps, angulus, ancora, anguilla.* Quam quidem in rem dignus nobis viſus eſt, qui apponeretur, Priſciani locus grammat. 1. p. 23. ſ. Baſil. hic: *Et ſequente* g, *vel* c, *pro ea* [litera n] g *ſcribunt Graeci: et quidam tamen vetuſtiſſimi autores Romanorum, euphoniae cauſa bene hoc facientes: vt* Agchiſes, agceps, aggulus, aggens: *quod oſtendit Varro 1. de origine linguae Latinae his verbis,* Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. *In eiuſmodi Graeci, et Actius noſter, binam* g, *ſcribunt: alii* n, *et* g, *quod in hoc veritatem videre facile non eſt: ſimiliter* agceps, *et* agcora. Hactenus Varro. Sic vero apparet, primum vanum eſſe Velleri, aliorumque grammaticorum, praeceptum de pronuntiatione literae $\tilde{\gamma}$ ante literas palatinas: deinde nec Theodorum Bezam, et Henr. Stephanum, audiendos eſſe, quos ſcripturam nominis ἀγγεῖον, ἄγγελος, aliorumque, tribuiſſe videmus inſcitiae grammaticorum quorundam, qui non vidiſſent, quomodo nota, qua tachygraphi in ſcribendis literis $\overline{\nu\gamma}$ vſi eſſent, accipi deberet. v. Theodor. Beza in de germana pronuntiat. linguae Gr. p. 313. ſſ. To. 1. Hauerc.: Stephanus Apologet. pro veteri linguae Gr. pronuntiat. p. 458. ſ.

To.

To. 1. Hauerc. et Paralipomm. p. 7. ſ.: Falconerius ad inſcrr. athlett. p. 66. ſſ.: Spanhemius de V. et Pr. NN. diſſert. 2, 2. p. 119. To. 1.: Doruillius ad Charit. p. 194.

ἐγκώμιον encomion *laus*] Pro hoc nomine in editt. Lipſſ. primis. et Batauis, legitur verbum, πέφαγκα pephanca *apparui.*

Ad p. 47. *de abbreuiationibus*] Quae hoc loco de notis, compendiiſque ſcripturae, praecepta leguntur, ea vna cum ipſo abbreuiationum indiculo omiſſa ſunt in editionibus libri Lipſſ. primis: ſed in exemplis Batauis exhibentur, ita tamen, vt poſt vocabulum *compendioſi*, addita extent verba, *et elegantes*, et pro verbis, *quae quum in omnibus — explicare: vt*, ſubſtituta inueniantur verba, *qui officinis non omnes iidem ſunt. Praecipuae, et vſitatiſſimae, ſunt ſequentes*, ipſeque notarum indiculus valde diuerſus ſit ab eo, qui eſt in nupera opuſculi editione Lipſienſi: cuius tamen copiae multum augeri poſſunt adiumento indicis earum abbreviationum, quae e libris editis maxime primis congeſtae inueniuntur in Clenardi inſtitutt. grammatt. ab Anteſignano locupletatis p. 29. ſſ. Hanou. min. p. 270. ſſ. Hanou. mai. Caeterum compendia ſcripturae eleganter vocantur a Plutarcho V. Cat. Vtic. p. 770. C To. 1. Vechel. c. 23. p. 68. To. 5. Tub. σημεῖα ἐν μικροῖς, καὶ βραχέσι, τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. Quibus quidem verbis ipſa eorum definitio continetur.

*multo plures einſmodi* — Κύριον] Haec verba nuper huc ex Halenſi grammatica tranſlata ſunt vna cum exemplis ipſarum abbreuiationum.

*Montefalconius — poſuit*] p. 345. ſ. 348., etiam Catal. biblioth. Coiſlin. p. 610.: qui idem vir doctiſſimus Palaeogr. 5, 2. 3. 4. 5. 6. de notis rhetoricis, muſicis,

muſicis, monetariis, arithmeticis, aſtronomicis, iatricis, etiam ponderum, et menſurarum, diligenter expoſuit. Nam quum hae notae a librariis fere perperam lectae pepererint ingentem quandam vitiorum ſcripturae verborum in libris auctorum veterum editis copiam, ita, vt cognitio earum accurata perquam vtilis eſſe intellegeretur iis, qui recte verſari vellent in emendandis doctrinae Graecae antiquae monumentis: vid. Cotelerius in notis ad eccleſiae Graecae monumenta p. 608. ſ. To. 2. et Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 171. To. 2.: multi reperti ſunt viri doctiſſimi, qui, Montefalconii prouidentia excitati, ſcripturae compendia ex iis codicibus, quos manibus, oculiſque, vſurpaſſent, tabulis aeneis deſcribenda curarent, vt Ioh. Albertius in Gloſſar. N. T. et Nomic. p. 1. et Villoiſonius in Lex. Hom. Apollonii, poſt praefationem, tab. 2. 3. 4 5. add. Blanconii libellus de antiquis literis Hebrr. et Graecc. tab. 2. Sed vt de abbreuiationibus nonnullis, quae in vetuſtis N. T. codicibus inueniuntur, Vetſtenii Prolegomena c. 1, 7. conſuli poſſunt ab adoleſcentibus harum literarum ſtudioſis: ita nobis quoque placuit eorum ſtudia adiuuare, proponendis quibuſdam huiuſmodi notarum exemplis, cum e codice Actuum Apoſtolorum Laudiano, qui in bibliotheca Bodleiana aſſeruatur, et Thomae Hearnii cura Oxonii A. C. 1715. octonis deſcriptus exiit, tum e codice eclogarum Thomae Magiſtri nuper Burmaniano, antea Boerneriano, quem nobis ante hos quadraginta annos tractare licuit, et de quo praefatio Audendorpii ad eclogas Thomae legi poteſt. Scriptus eſt a Ioh. Franc. Bocardo, quaternis, vel fol. min., ſaeculo quarto, quintoue, decimo. Et e Laudiano quidem codice enotare viſum eſt compendia ſcripturae haec.

ΑΝΟΣ

COMPENDIA SCRIPTURAE E COD. BORNERIANO THOMAE MAGISTRI



| | | | |
|---|---|---|---|
| ΑΝΟΣ[1] | ἄνθρωπος. | ΜΡΙ | μητέρι. |
| ΑΝΟΥ | ἀνθρώπου. | ΟΥΝΟΣ | οὐρανός. |
| ΑΝΩ | ἀνθρώπῳ. | ΟΥΝΟΥ | οὐρανοῦ. |
| ΑΝΟΝ | ἄνθρωπον. | ΟΥΝΩ | οὐρανῷ |
| ΑΝΟΙ | ἄνθρωποι. | ΟΥΝΟΝ | οὐρανόν. |
| ΑΝΩΝ | ἀνθρώπων. | ΟΥΝΟΥΣ | οὐρανούς. |
| ΑΝΟΙΣ | ἀνθρώποις. | ΠΗΡ | πατήρ. |
| ΑΝΟΥΣ | ἀνθρώπους. | ΠΡΣ | πατέρος. |
| ΔΑΔ | Δαβίδ. | ΠΡΙ | πατέρι. |
| ΘC | Θεός. | ΠΡΑ | πατέρα. |
| ΘΥ | Θεοῦ. | ΠΡΕΣ | πατέρες. |
| ΘΩ | Θεῷ. | ΠΡΩΝ | πατέρων. |
| ΘΝ | Θεόν. | ΠΡΑΣ | πατέρας. |
| ΙΗΛ | Ἰσραήλ. | ΠΝΑ | πνεῦμα. |
| ΙΛΗΜ | Ἱερουσαλήμ. | ΠΝΣ | πνεύματος. |
| ΙC | Ἰησοῦς. | ΠΝΙ | πνεύματι. |
| ΙΥ | Ἰησοῦ. | ΠΝΑΤΑ | πνεύματα |
| ΙΝ | Ἰησοῦν. | et | |
| ΚC | Κύριος. | ΠΝΑ″ | Act. 19, 12. 13.[3] |
| ΚΥ | Κυρίου. | ΠΝΑΤΩΝ | πνευμάτων. |
| ΚΩ | Κυρίῳ. | ΣΡΑ | σωτῆρα. |
| ΚΝ[2] | Κύριον. | ΧΥ | Χριστοῦ. |
| ΚΕ | Κύριε. | ΧΝ | Χριστόν. |
| ΜΡΣ | μητέρος. | | |

Sed in codice eclogarum Thomae Magiſtri Burmaniano inuenimus notas maxime notabiles iſtas. [*v. tab. aer.*]

Caete-

1. Hoc ſcripturae compendium, non modo in ſcriptis, ſed etiam in editis auctorum veterum libris primis, inuenitur, vt in cod. dialogorum Platonis Tubingenſi, et in exemplis librorum eiuſdem philoſophi, opuſculorumque grammaticorum veterum, Aldinis. v. Perizonius ad Aelian. V. H. 2, 33. et Marclandius ad Lyſiae oratt. p. 553. 567. 576.
2. Haec nota a librariis ſaepe commutata eſt nota ΧΝ. v. Neocorus ad Suidan p. 280. To. 3.
3. In hoc ſcripturae compendio quum lineolae illae binae facile potuerint a librariis neglegi, vel temporis vetuſtate euaneſcere; mirandum non eſt, ſingularem numerum nominum vocabulo πνεῦμα ſimilium in libris antiquis ſcriptum extare pro numero eorum

Caeterum vt nuper Hildeſiae libellum de notis ſcripturae Gr. compendiariis probe cognoſcendis edidit Theoph. Ludolphus Munterus, ſchola Andreanae Conrector: ita ſiglae quoque huc, aliaque huius generis σημεῖα, pertinent, quorum notitia, praeſertim in legendis recte, intellegendiſque, titulis, vt aliorum monumentorum, et publicorum, et priuatorum, ita etiam numorum, et gemmarum, quam maxime opus eſſe, quis ignorat? Expoſuerunt diligenter de his Graecorum notis, maximeque iis, quae in lapidibus, tabuliſque aereis, atque marmoreis, extant, libris ſingularibus viri eruditiſſimi, Scipio Maffeius, et Eduardus Corſinius. Et Maffeii quidem libellus, qui inſcribitur *Graecorum ſiglae lapidariae*, cura Iul. Caeſ. Becellii Veronae A. C. 1746. octonis editus eſt, adiecta etiam numeralium Graecorum in inſcriptionibus notarum explicatione. Corſinii autem opus, cui titulus eſt *Notae Graecorum*, Florentiae, annis tribus poſt, in chartis formae maximae exiit. Atque huius maxime libri copiis adiutus commentarium *de ſiglis veterum Graecorum* compoſuit Gregorius Placentinius, qui Romae A. C. 1757. quaternis, poſt mortem eius, a Baſilio Cardonio publicatus eſt: ſed iam ante hos eruditiſſimos homines opus de ſiglis etiam Graecis componere conſtituerat Chriſtophorus Voltereccius, Tychopolitanus. id quod me, praeter Fabricium biblioth. Gr. 4, 15. p. 471. Vol. 3. edit. pr., et Corſinium Prolegomm. 5. p. 43., docuit Ioh. Bened. Carpzonius

eorum altero. Pollux quidem Onom. 7, 81. Xenophontis locum Cyrop. 8. 2. 4. laudans legit ὑπόδημα pro ὑποδήματα· ſed 8, 3. 6. eiuſdem operis Xenophontei cod. Palaeocom. θύματα habet pro θῦμα· et apud Platonem Cratyl. 40. p. 80. pro ὀνόματα Aldus edidit ὀνόμα. Sic apud Iſocrat. orat. ad Phil. p. 258. Oporin. a. 1571. pro μετανασέον ſcriptum fuiſſe videtur μετανασ″τέον h. e. μεταναστατέον· certe in edit. Mediolan. principe legitur μετανασ″τέον· quo ipſo in libro apud Iſocr. d. l. p. 240. ſcriptum eſt δέ″καρχίας pro δεκά″ρχίας, h. e. δεκαδαρχίας.

vius exercitatt. Philonn. in epiſt. ad Hebraeos p. 210. Sed de ſignis, et notis, quibus critici veteres Graeci vſi ſunt in recenſendis, et poëtarum, in primiſque Homeri, carminibus, et reliquorum ſcriptorum libris, poſt Eſchenbachium, alioſque plures, multa diſputauit Villoiſonius Prolegomm. ad Iliada p. 13 —. 22. Περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι ſcripſerat Philoxenus Alexandrinus. v. Suidas v. Φιλόξενος Ἀλεξανδρεύς. Hoc in numero fuit X περιεστιγμένον· v. Laërt. 3, 65.: cuius notae figuram, atque vim, Euſtathius ad Il. έ p. 599. 34. his indicat verbis: καὶ τιθέασιν ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ ἀστερίσκον, ὅς ἐστιν ἀστέρος σημεῖον χιαστὸν, ἔχων ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις στιγμὰς, ὅτω ⁜· καὶ τίθεται ἐπὶ τῶν ἄριστα ἐχόντων ἐπῶν, καὶ ἀστεροειδῶς οἱονεὶ λαμπόντων, ὡς ἐν καλῷ τόπῳ κειμένων.

Ad p. 48. *de ſpiritibus*] Opuſcula περὶ Πνευμάτων reliquerant Apollonius Dyſcolus: v. Apollonius ipſe de Syntax. 4, 5. p. 314. Sylb. atque Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς, et ex eo Eudocia Ion. p. 63.: Herodianus, eius filius: v. Stephanus Byzant. v. Καρία· Philippus Sophiſta: v. Suidas h. v.: Trypho: v. Etymol. M. v. Ἁρπὶς p. 148. 40. et Suidas v. Τρύφων· Georgius Choeroboſcus: v. Fabric. B. G. 5, 7. p. 42. ſ. To. 7. edit. pr.: aliique: ſed in bibliothecis adhuc abdita latent: etſi non neſcimus, Lexicon Graecolatinum Valentini Curionis, quod Baſileae A. C. 1525. euulgatum eſt, ornatum conſpici libello περὶ Πνευμάτων, quem ex opere veteris alicuius grammatici excerptum eſſe ſuſpicabatur Valquenarius. Hic enim poſt Ammonii libellum περὶ ὁμοίων, καὶ διαφόρων, λέξεων e cod. Voſſiano edidit Λεξικὸν περὶ Πνευμάτων, ἐκλεγὲν ἐκ τῶν περὶ Πνευμάτων Τρύφωνος, Χοιροβοσκοῦ, Θεοδωρίτου, καὶ ἑτέρων· quod ipſum nos eclogis Thomae Magiſtri adiunctum in cod. Boerneriano ita inuenimus, vt id

quibuſ-

quibuſdam quidem in locis etiam plenius, ſed in pleriſque minus copioſum, edito eſſe viderimus. Conf. Audendorpius praefat. ad Tho. M. p. 6. ſ. Recentiorum autem grammaticorum vnus omnium copioſiſſime de ſpirituum ratione expoſuit Anteſignanus in ſcholiis ad Clenardi inſtitutt. linguae Gr. p. 417. — 433. Hanou. min. p. 263. — 269. Hanou. mai.

*ſpiritus ſunt duo*] In editt. Lipſſ. primis legitur, *ſpiritus ſunt duo:* Aſper, *ſiue* Denſus (ʽ ⊢), Lenis, *ſiue* Tenuis (ʼ ⊣): et in editt. Batauis, *ſpiritus ſunt duo:* Aſper, *ſiue* Denſus (ʽ), Lenis, *ſiue* Tenuis (ʼ). Res autem ipſa teneri ab adoleſcentibus Graecarum literarum ſtudioſis poterit ſic. Antiquiſſimis enim temporibus loco ſpiritus aſperi, qui Graece πνεῦμα δασὺ [Euſtath. ad Il. ά p. 28. 11.], etiam ἡ δασεῖα, intell. προσῳδία, vocatur, ſed a Gryllo grammatico *flatilis* [v. Priſcian. grammat. 1. p. 28. Baſ.] dictus eſt, apud Atticos [vid. Salmaſ. ad inſcript. Herod. p. 43.] vſurpata eſt, vt Athenaeus [9, 12. p. 398. A], et Priſcian. d. l., tradunt, et nos ſupra iam ſignificauimus, nota H: vt, HO, HOI, HOΔOI, HEPOΔO, apud Gruterum Inſcriptt. p. 27, 1. et Monteſalconium Palaeogr. p. 135.: HEPMOKPATO, et HEΘMON, inſcr. Sig. p. 31. Chiſh. Leid.: HOIΔE Muſe. Veron. p. 470.: v. Spanhemius de V. et Pr. NN. diſſert. 2. p. 95. Hauercampius diſſ. de ſcriptura litt. Grr. p. 236. et Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 222. ſ. To. 2.: etiam in medio verborum, vt ENHOΔIA apud Gruter. et Monteſalcon. dd. ll. v. Villoiſonius Prolegomm. ad Il. p. 3. ſ. Quum autem Attici cum Ionibus, Simonidis auctoritate, hanc ſpiritus denſi figuram recepiſſent in numerum literarum: diuidere inſtituerunt hanc literam, ita, vt ſiniſtra eius pars ſpiritus lenis, quem Graeci πνεῦμα ψιλὸν vocant, etiam τὴν ψιλὴν, intell. προσῳδίαν, Rhemnius Palaemon appellauit *exilem* [v. Priſcian. 1. p. 28.], dextra aſpirationis,

E MAFFEII MVSEO VERON. P. N. CCCCXXXIIII TABVLA IPSA IN CALABRIA
ERVTA EXTAT LONDINI APVD BRIANVM FAIRFAX.

ΕΦΟΡΟΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ⊢ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ ΜΗΣ
ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ ⊢ΑΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ
ΓΕ ΤΡΙΠΟΥΣ ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ
ΠΕ ΚΑΡΥΚΕΙΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ⊢ΗΡΑΚΛΗΤΩ
ΑΙ ΠΕΛΤΑΙ ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΥΡΡΩ ΚΝΘΡΙΝ.Α.Ξ
ΦΙΛΩΤΑΣ ⊢ΙΣΤΙΕΙΩ ΜΕ ΕΠΙΣΤΥΛΙΟΝ
⊢ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΥΡΩ ΔΙΟΝΥΣΩΙ

ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ ΤΟΙ ⊢ΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ ΕΠΙ ΤΩΣ ΧΩΡΩΣ ΤΩΣ ⊢ΙΑΡΩΣ ΤΩΣ ΤΩ ΔΙΟΝ.ΥΣΩ
ΦΙΛΩΝΥΜΟΣ ΖΩΠΥΡΙΣΚΩ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ⊢⊢ΙΡΑΚΛΗΤΩ ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΥΡΡΩ ΦΙΛΩΤΑΣ ⊢ΙΣΤΙΕΙΩ
⊢ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΥΡΩ ΚΑΘΑ ΕΙΞΑΝ ΚΑΙ ΕΤΕΙΜΑΞΑΝ ΚΑΙ ΣΥΝΕΜΕΤΡΗΣΑΝ ΚΑΙ ΕΜΕΡΙ

rationis, nota eſſet, atque in verſibus ſcriberetur. id quod e titulo vetere, quem, tironum gratia, radio lamnae aeneae inſcribendum curauimus, cognoſci poteſt. v. Porphyrius περὶ προσῳδίας ap. Villoiſonium Anecdd. Grr. p. 107. To. 2. Quinctil. 1, 4. 9. Ex his poſtea notis ſigna extiterunt haec, ⊢ et ⊣, quae ſupra literas ponerentur. Sed his tamen figuris ſaeculo demum a nato Chriſto ſeptimo vti in codicibus, tituliſque, coeperunt: vid. Monteſalcon. Palaeogr. Gr. p. 224. 293. Catal. bibl. Coiſlin. p. 134. — 137. 262. bibl. Taurin. p. 75. To. 1. et Proluſſ. de verſionibus Grr. litt. Hebrr. magiſtris p. 50.: quum eae antea in ſolis grammaticorum libris vſurpatae eſſe videantur, auctore Ariſtophane Byzantio: qui adeo hactenus dici notarum ſpirituum inuentor potuit ab Arcadio, grammatico Antiocheno in opuſculo περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν, cuius fragmentum e codicibus bibl. regiae Pariſ. edidit Villoiſonius epp. Vinarr. p. 115. ſſ. et Prolegomm. ad Il. Hom. p. 12. Atque iſta ſpirituum ſigna paulatim manus librariorum celeritas, et feſtinatio, mutauit in notas has ∟ ⅃, tandemque in ſemicirculorum, dextri, laeuique, figuras ʽ ʼ, quarum vſus etiam in editis hodie libris viget. v. Scaliger de Cauſſis L. L. 2, 54.

*ὑ ſemper denſo gaudet ſpiritu*] Sed in Aeolica dialecto habet ſpiritum exilem. Porphyrius περὶ προσῳδίας apud Villoiſonium Anecdd. Grr. p. 114. To. 2. ὥσπερ καὶ τὸ ῦ πάσης λέξεως ἄρχον, πάντες μὲν δασύνουσιν, οἱ δὲ Αἰολεῖς ψιλοῦσιν.

*digamma Aeolicum dictum, F*] Ioh. Grammat. p. 93. Baſ. Ἔθος δὲ ἐστιν αὐτοῖς [Aeolibus] τῶν φωνηέντων προτιθέναι τὸ δίγαμμα, οἶνον Fοῖνον. Digamma haec figura dicitur, quoniam e duobus quaſi Gamma conſtat: Aeolicum vero [Apollon. Dyſc. excc. grammat. apud Metar. de dialectis p. 425. Reit. Quinctil.

1, 4.

1, 4. 7. Macrob. de differr. verbi Gr. et Lat. p. 660. Gron.], quod Aeoles maxime eam vbique loco aſpirationis ponebant, effugientes ſpiritus aſperitatem. Nam Pelaſgi iam, atque Hellenes, quin vſi ſint hoc digamma in pronuntiando, dubitari vix poteſt. Dionyſ. Halic. Archaeol. Rom. 1. p. 52. To. 1. Reiſq. p. 16. 22. To. 1. Lipſ. Σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ, προτιθέναι, τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ου συλλαβὴν ἑνὶ ϛοιχείῳ γραφομένην. Τȣ̃το δ' ἦν, ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡ̔ Fελένη [vid. Priſcian. grammat. 1. p. 11. Baſ.], καὶ Fάναξ, καὶ Fοῖκος, καὶ Fανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Quae autem teneri de hac nota a tironibus oportet, ea ſunt fere haec. Obſeruandum ſcilicet eſt, primum Digamma Aeolici figuram etiam in monumentis priſcis, vt numis, non modo cerni hanc, F: vid. Hauercampius diſſ. de pronunt. litt. Grr. c. 13. p. 272. ſſ. To. 1.: ſed in tabulis Heracleenſibus, a Mazochio editis, expreſſam extare etiam ſic, Ⅎ: v. Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 119. ſ. To. 2.: deinde hanc notam, neque vocalem eſſe, neque conſonantem; etſi eam non ignoro etiam a Gellio NN. AA. 14, 5. *literam* nominari, et a Quinctil. 12, 10. 27. *Aeolicam literam:* ſed pronuntiari debere, vt Latinum *v*, h. e. ου Graecum, in verbis Σεουῆρος, Οὐῆρος, aliiſque [v. Dionyſ. Halic. Archaeol. 1. p. 16. To. 1. Lipſ.], et thetoiſcum *w:* v. Quinctil. d. l. 29. Daueſius miſcc. critt. c. 4. et Sylburgius ad Dionyſ. Halic. d. l.: ita, vt imperator Claudius eam, quo facilius diſcerni liceret a litera *f*, quae tamen ipſa quoque nonnullis in verbis pro F Aeolico poſita eſt, vt in nomine *frigus*, quod e nomine Fρῖγος extitiſſe videtur, inuerſam ſcribi iuſſerit, Ⅎ: v. Quinctil. 1, 7. 27. Fabretius Inſcriptt. p. 473. Laurenbergius Antiquar. p. 167.: tum hanc ipſam figuram vſurpatam eſſe

pro

pro ſpiritu flatili non magis, quam pro exili ſpiritu, cum ab initio, tum in medio, vocabulorum, ne hiatus exiſteret: v. Priſcian. 1. p. 11. ſ. 6. p. 196. Baſ. Gellius NN. AA. 2, 3.: poſtremo pro ea non raro ab Aeolibus, et Laconibus, et Cretenſibus, et Pamphyliis, poſitam eſſe literam β̄: Heſychius: Ἀβελίην· ἡλιακόν· Παμφύλιοι. Idem: Ἀβέλιον· ἥλιον· Κρῆτες. Idem: Βισχύν· ἰσχὺν, σφόδρα ὀλίγον· Λάκωνες. vid. nos ſupra in loco de dialectis, vbi de permutatione conſonantium quaeritur: Salmaſius ad inſcript. Herod. p. 46. ſ. Tailorus lectt. Lyſiacc. c. 9. p. 702. Schurzfleiſchius ad Sapph. fragm. 9. p. 19. Lyc. Valquenarius ad Theocrit. p. 272. Et quum Aeoles, vt Cretes [v. Gregor. p. 162. et ibi Koenius], interdum etiam literam ῡ partes digamma agere iuſſerint, vt in nominibus αὔηται, αὐὴρ, αὐὼς [Suidas v. ἠὼς]: qua de re iam ſupra in loco de dialectis vocalium ſuo loco admonuimus ſtudioſos: facile apparet, cur Latini veteres digamma Aeolicum, non modo litera *v* expreſſerint [v. Sanctius Mineru. 4, 16. 13. p. 839.], ſed etiam litera *b*. Sic Gloſſ. vett. *Beſtis* ϛολή· *Beſtitor* ϛολιϛής· BENDERE Marm. Oxon. 93. 5.: VIBO, pro *viuo*, Georg. Fabricius monumm. antiquit. p. 13. Oporin.: BOBIS, pro *vobis*: VNIBERSIS, pro *vniuerſis*, et alia eius generis complura. vid. Falconerius ad inſcrr. athlett. p. 123. et Giouenatius ad fragm. Liu. p. 65. ſ. Lipſ. et Laurenbergius Antiquar. p. 49. 474. Omnino de vſu digamma Aeolici legi, praeter plures alios, poſſunt Daueſius d. l., Salmaſius ad inſcript. Herodis p. 44. ſſ., Scaliger ad Euſeb. p. 118. ſ., Metarius in de dialectis p. 160. ſſ., Petauius ad Iulian. p. 77. ſ., Doruillius Van. crit. p 395., et Heinius in praelectione, *de antiqua Homeri lectione indaganda, diiudicanda, ac reſtituenda*, in Societate liter. Gottingenſi a. 1795. habita: Burgeſſius, cum in praefat. ad Daueſii miſcell. critt. p. 22. ſſ., tum in ipſa ap-

pendice ad iſtud opus p. 396. ſſ., qui tamen ſua praecepta petiiſſe fatetur e libri Forſteri de Accent. et quant. c. 4.: Knightius, cuius librum, qui inſcribitur *an analytical Eſſay on the Greek Alphabet*, nos ſupra iam laudauimus, et Lycius epiſtſt. Homerr. ep. 4.

*error vero Heſychii — p. 164. Cren.*] Etiam alii viri docti Heſychium hoc in genere ita erraſſe, vt pro F ſcripſerit Γ, putant, vt Schurzfleiſchius ad Sapphus fragm. 9. p. 19. et Tailorus lectt. Lyſiacc. c. 9. p. 702. Nos vero etſi ſponte concedimus, notam F a librariis aeque facile mutari potuiſſe in literam Γ, ac in literam T: v. Tailorus d. l. p. 703.: tamen quum horum verborum vel in Heſychiano gloſſario tot notata extent exempla, vt non credibile ſit, ipſos grammaticos, eoſque doctiſſimos, in iis ſcribendis tam graviter labi potuiſſe, aſſentiri non dubitamus iis, qui aiunt, Laconas, aliaſque quaſdam ciuitates, quae dialecto Aeolica vterentur, pro digamma Aeolico vſas eſſe, vt litera Σ, ita etiam litera Γ, quae pronuntiaretur, vt theotiſcum *w*. v. Salmaſius ad inſcr. Herod. p. 47. ſ. et de Helleniſt. p. 388. et Valquen. ad Theocrit. p. 272. Sic Alcaeus pro Fέθεν ſcripſit γέθεν apud Apollon. Dyſc. excc. grammat. apud Metar. de diall. p. 425. Reit.

*veteres vocalibus in medio etc.*] Vid. Villoiſonius Prolegomm. ad Il. p. 2. ſ. Haec ipſa obſeruatio eſt petita vna cum exemplis ab Caninio Helleniſm. p. 162. Cren. Verba Athenaei 9, 12. p. 397. F ſunt haec, Ἀμήχανον δὲ, παρ' Ἀττικοῖς, καὶ Ἴωσιν, ἐν τοῖς ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόμασι τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην δασύνεσθαι· πάντως γὰρ εἶναι ψιλὴν αὐτὴν παρηκολούθηκεν· οἷον νεὼς κ. τ. λ. Haec Athenaei verba repetita ſunt ab Euſtathio ad Il. χ' p. 1271. 12., qui tamen iis ex eodem Athenaei loco praemiſit praeceptum hoc, τὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόματα, ὧν ἡ λήγουσα εἰς ος ἐστὶ

καθα-

καθαρὸν, ψιλοῖ τὸ λῆγον· οἷον πρᾶος, Κεῖος, υἷος, λαὄς, πηὄς, γόὄς, ζωὄς· ὅτω καὶ λαγωὄς· ὁμοίως δὲ καὶ νεὤς, λεὤς, Τυνδάρεὼς. Τρύφων δὲ λέγει, τὲς Ἀθηναίες περισπᾶν τὸ ταῶς, καὶ δασύνειν τὴν λήγεσαν. Conf. Stephanus Paralipomm. p. 62. et Sylburgius ad Apollonii Synt. 4, 5. p. 380. b. Ipſius autem Euſtathii locus, ad quem reſpexit Caninius, extat ad Il. έ p. 524. 5., vbi praeter alia, quae ad vſum ſpirituum apud Graecos veteres pertinent, tradita leguntur haec, Οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐν μέσῳ λέξεων ἐπνευμάτιζον, καὶ τὰ φωνήεντα, καὶ τὸ ῥ. Εὕρηται ἔν ἐν ὑπομνήμασι παλαιῶν τοιαῦτά τινα· ὅτι τὲ Εὐαίμων τὴν αι δίφθογγον, κἂν ἐκ τὲ αἷμα γίνηται, ὅμως ψιλοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης, ἵνα κύριον γένηται ὄνομα, ὥσπερ καὶ τὸ Φίλιππος, καὶ Μελάνιππος· καὶ ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐψίλεν τὸ πρὸ τὲ π δίχρονον διὰ τὸ κύριον εἶναι, κἂν ἐκ τὲ ἵππε παράγωνται. Caeterum in editt. Lipſſ. primis legitur, φίλιππος, ἀέκων, εὐαίμων· et in Batauis, φίλιππος, ἀέκων *nolens*, εὐαίμων *bene peritus*. At vt pro φίλιππος reſcribi debet Φίλιππος, quod ſit nomen proprium, ita Εὐαίμων quoque nomen proprium eſt, quod apud Homerum [Il. β', 736. ἑ, 79. ή, 167. θ', 265. λ', 574.] legitur, atque idem ſignificat, quod εὐγενὴς, ita, vt pro *bene peritus* reponi debeat *bene genitus*, generoſus.

*ſic Aeoles* αἰϜὼν κ. τ. λ.] Etiam haec obſeruatio Caninio Hellen. p. 164. Cren. debetur: quae in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, verbis comprehenſa legitur his: *Sic Aeoles* αἰϜὼν, ὄϜις, ἄϜορνος, *vbi Latini* V *conſonantem addunt*, aeuum, ouis, auernus. *Quae ſcribendi ratio apud vetuſtiſſimos adhuc viſitur*, vt χειμών τε, πῦρ τε δάϜιον *ex Priſciano, id eſt*, χειμών τε, πῦρ τε δήϊον, *hyems, et ignis, ſunt hoſtes*. Sed. praeter locum Priſciani grammat. 1. p. 12. Baſ. laudatum, alius eiuſdem grammatici locus grammat. 6. p. 196. Baſ. nobis notabilis viſus eſt hic: *Excipitur hic*, *et*

*haec, bos* bouis, *quod ideo aſſumit genitiuo* v *loco digamma, quia Aeoles quoque ſolent inter duas vocales eiuſdem dictionis digamma ponere, quos in multis nos ſequimur,* ὄϜις *ouis,* ΔάϜος *Dauus,* ὠϜὸν *ouum.* — *Et quod hoc verum eſt, oſtendunt epigrammata vetuſtiſſima, quae literis antiquiſſimis ſcripta in multis tripodibus legi, et maxime in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli, in loco, quem* ξηρόλοφον *vocant. Sunt autem ſcripta ſic,* ΔημοφόϜων *pro* Δημοφόων, ΛαοκόϜων *pro* Λαοκόων.

Ad p. 49. *Conſona* ῥ *in principio aſpiratur* — *ſuperius indicato*]. Brendelius notauit ad hunc locum iſta, *Conſona* ῥ *in principio non ſemper habet aſperum, vt auctor noſter tradit. Nam ſi ſecunda quoque ſyllaba a* ῥ *incipit: tum primum* ῥ *leuigatur, vt* ῤάῤιον, ῤαῤιὰς, ῤάῤυς, ῤαῤός. *Praeter haec quatuor nulla alia vocabula in lingua Graeca reperiuntur, ſicut recte annotauit Anteſignanus in notis in Clenardi grammaticam p. 9. Hanou. min. Caeterum* ῥ *ſimplex, quod auctor noſter non animaduertit, in medio dictionis ſpiritu caret, ſi exceperis poëtas, qui interdum* ῥ *ſimplex ſpiritu aſpero inſigniunt, dum metri gratia alterum ſubtrahunt,* vt *πόῤω pro πόῤῥω, ἄῤεκτος pro ἄῤῥεκτος.* Scilicet literam ῥ grammatici veteres tractarunt tanquam vocalem, ita, vt eam notarint ſigno ſpiritus denſi. Schol. Hephaeſt. p. 79. Pau. *ἐπειδὴ καὶ τȣ̃το [τὸ ῥ] ὡς φωνῆεν τοῖς παλαιοῖς λαμβάνεται, καὶ διὰ τȣ̃το καὶ δασύνεται.* Schol. Ven. Hom. ad Il. *ά,* 56. *Δασυντέον τὸ ῥά· πάσης γὰρ λέξεως τὸ ῥ ἀρχόμενον δασύνεται πλὴν τȣ̃ ῥάρος.* Et hoc quidem ſpiritu inſignitur, vel tum, quum eſt prima vocabuli litera, vel in medio verborum, quum praecedit ſyllaba in ῥ deſinens, vel litera adſpirata, vt *ῥάμη, ῥίπτω· ἄῤῥωςος, συῤῥάπτω· χρόνος, θρόνος·* ſed in locum ſpiritus flatilis exilis ſubſtituitur, vel ab initio verborum, quum ſequitur ſyllaba, quae ab *litera* ῥ incipit, vel in medio

dio eorum, quum ſequitur aliud ϱ̃, aut litera quaedam tenuis praecedit, vt ῥάῤιον, ῥάῤος· ἔῤῥαπτον, ἐπίῤῥημα· Ἀτῤεὺς, κάπῤος. Nam quum litera adſpirata adſpiratam, tenuis tenuem, ſequatur: ſcribi debere apparet χῤόνος, θῤόνος, non χρόνος, θρόνος, et Ἀτῤεὺς, κάπῤος, non Ἀτῤεὺς, κάπῤος· et quum duae ſyllabae deinceps ſe excipientes non ferant duas literas adſpiratas; quum nulla ſyllaba terminetur litera adſpirata: patet, cur ῥάῤιον, ῥάῤος, non ῥάῤιον, ῥάῤος, et ἔῤῥαπτον, ἐπίῤῥημα, non ἔῤῥαπτον, ἐπίῤῥημα, ſcribatur. v. auctor anonymus libelli περὶ πνευμάτων p. 242. Valquen. et Porphyrius περὶ προσῳδίας apud Villoiſonium Anecdd. Grr. p. 114. To. 2. Sed vt duplex ϱ̃ vtriuſque ſpiritus figura caret in libris, et ſcriptis multis, et editis ſcriptorum veterum primis, vt in codice eclogarum Thomae Magiſtri Burmaniano, et in exemplo carminum Homeri Florentino: ita nomina ῥάῤιον, ῥάῤος nunc inueniuntur in libris vulgatis ſic ſcripta ῥάριον, ῥάρος, nec ϱ̃ ſimplex, quod literam, vel tenuem, vel adſpiratam, ſequitur, in iis notam vllius ſpiritus habet: cuius tamen poſterioris ſcripturae antiquae generis veſtigiis impreſſus comparet codex Iliadis Venetus, qui eſt in bibliotheca S. Marci. v. Villoiſonius Prolegg. p. 4. et Anecdd. Grr. p. 121. To. 2.

*e conſonantibus etiam π̄ — pronunt. p. 104.*] To. 1. Hauerc. Haec verba in editt. Lipſſ. primis, et Batauis, non leguntur. Et ſane ipſum hoc praeceptum nunc quidem vanum eſt, neque quidquam ea de re in libello Mequerquii laudato legitur. Quomodo enim, literis φ̄, χ̄, θ̄, a Palamede repertis, et in alphabetum relatis, literae π̄, κ̄, τ̄, pronuntiari, vt adſpiratae, aut peculiaribus exprimi notis, poſſint? Sed, figuris iſtarum literarum nondum cognitis, eas ita ſcriptas eſſe ΠΗ, ΚΗ, ΤΗ, ipſi iam ſupra vidimus. Et ſi auctor iſtius obſeruationis ad literas tenues, quae ante literas adſpiratas mutari in eiuſdem generis literas ſo-

 lent,

lent, reſpexit: in eas in promtu eſt, et formam, et pronuntiationem, adſpiratarum literarum cadere. Mequerquius autem notauit errorem hominis Graeci, qui, auctore Quinctiliano 1, 4. 14., primam literam nominis *Fundanius*, non vt π̄ adſpiratum, hoc eſt, φ̄, ſed vt *v*, pronuntiauit.

*mutata — ſignificatione*] Vt, ἀλωά, et ἁλῶα· v. Riterſhuſius ad Oppian. Cynegg. 1, 504.: ἄττα, h. e. τινά, et ἅττα, h. e. ἅτινα· v. Ammon. v. ἄττα· ὥρα *tempus anni, diei, noctis*, et ὤρα *cura*. v. Ammon. v. ὥρα. Caeterum quae tradita ſunt hoc loco de permutatione vtriuſque ſpiritus, ea in exemplis libelli Lipſſ. primis non leguntur.

*vel manente eadem, ſignificatione*] Moeris: Ἥνυσα, δασέως, Ἀττικῶς· ψιλῶς, Ἑλληνικῶς· vbi v. Pierſonius p. 179. Idem: Ἅθυρμα, δασέως, Ἀττικῶς· ψιλῶς, Ἑλληνικῶς. Ioh. Grammat. p. 65. Baſ. τὰ δὲ ἀρχόμενα ἀπὸ φωνηέντων ψιλῶς ἐκφέρουσιν [Aeoles], ὅταν τὸ ἡμέρα ψιλῶσι, καὶ τὸ ἥλιος, καὶ ὑμεῖς. add. idem p. 93. Nam vt Aeoles ab Euſtathio ad Il. α΄ p. 27. 38. β΄ p. 187. 30. dicuntur ψιλωτικοὶ, ita Tzetzes ad Heſiod. Ἔργ. 156. 450. Atticos vocat δασυντάς. Attici enim χαίρουσι τῇ δασείᾳ, auctore Aelio Dionyſio apud Euſtath. ad Odyſ. α΄ p. 1387. 10.: qui idem ad Il. α΄ p. 16. 29. tradit, ᾅδης ab Atticis ſcriptum eſſe pro ἀδης. Et Gellius NN. AA. 2, 3. quum oſtendiſſet, Latinos veteres inſeruiſſe *h* literam, ſiue ſpiritum, pleriſque vocibus verborum firmandis, roborandiſque, vt ſonus earum eſſet viridior, vegetiorque, atque id videri feciſſe ſtudio, et exemplo, linguae Atticae: *ſatis enim notum eſt*, inquit, *Atticos* ἰχθὺν, Ἵρον, *multa itidem alia, citra morem gentium Graeciae caeterarum, inſpirantis primae literae dixiſſe. Sic* lachrymas, *ſic* ſepulchrum, *ſic* ahenum, *ſic* vehemens, *ſic* inchoare, *ſic* helluari, *ſic* hallucinari, *ſic* honera, *ſic* honuſtum, *dixerunt* [veteres noſtri]. *In his enim*

*enim verbis omnibus literae, ſeu ſpiritus, illius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas, et vigor, vocis, quaſi quibuſdam neruis additis, intenderetur.*

*aſper — in s̄ tranſit*] Editt. Lipſſ. primae neque hanc obſeruationem habent, neque eam, quae pronuntiationem ſpiritus exilis attingit. De ratione autem ponendi literam *s* pro ſpiritu denſo leguntur apud Priſcian. gram. 1. p. 25. Baſ. haec, *Saepe pro aſpiratione ponitur* [s] *in his dictionibus, quas a Graecis ſumſimus, vt* ſemis, ſex, ſeptem, ſe, ſi, ſal. Nam ἥμισυ, ἓξ, ἑπτὰ, ἓ, ἳ, [v. Priſcian. 13. p. 480.] ἅλς, *apud illos aſpirationem habent in principio. Adeo autem cognatio eſt huic literae, id eſt,* s, *cum aſpiratione, quod pro ea in quibuſdam dictionibus ſolebant Boeoti pro* s, h *ſcribere,* muha *pro* muſa *dicentes:* et 9. p. 347. Sum *quoque per abſciſionem* ῑ *finalis, et additionem* s *in principio loco aſpirationis, ſicut* ἓξ ſex, ἑπτὰ ſeptem, ἥμισυ ſemis, *et mutatione* ει *in* u, εἰμὶ ſum. Seruius ad Virgil. Ecl. 2, 11. *Sane ſerpyllum herba eſt, quae in Graeco aſpirationem habet, quam Graeci ἕρπυλλον dicunt. In multis enim nominibus, quae in Graeco aſpirationem habent, nos pro aſpiratione* ſ *ponimus. Inde eſt, quod pro* herpyllo ſerpyllum, *pro* ἓξ ſex, *pro* ἑπτὰ ſeptem. Alia huius generis verba habent Salmaſius ad Capitolin. p. 273. b Pariſ. et Caninius Ἑλλην. p. 108. ibique Crenius, hoc eſt, Cruſius.

*de accentibus*] Hoc nomen Latinum expreſſum eſt e Graeco προσῳδίαι. Significantur autem vtroque vocabulo notae quaedam, et ſigna, quae moderentur, et regant, pronuntiationem. Numerantur harum notarum a grammaticis decem, *acutus accentus* (´), *grauis* (`), *circumflexus* (῀), *longa linea* (—), *breuis virgula* (◡), *hyphen* (‿), *diaſtole* (,), *apoſtrophos* (’), *daſea* (῾), *pſile* (᾿): de quibus ſcripſerant grammatici Graeci plures, vt Apollonius Dyſcolus: v. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς· Herodianus, Apollonii

lonii filius, qui reliquerat opus, quod inſcribebatur *ἡ καθόλȣ*, [v. Stephanus Byzant. v. *Καρία*, et ibi Bercquel. p. 449.] vel *ἡ καθόλȣ*, h. e. *καθολικὴ, προσῳδία*· v. Neocorus ad Suid. v. *Ἡρωδιανὸς* p. 78. To. 2.: Philoxenus Alexandrinus, cuius opuſculum laudatur ab ſchol. Veneto Homeri ad Il. *ά*, 231.: Porphyrius, cuius libellus e codice Veneto editus eſt a Villoiſonio Anecdd. Grr. p. 103. ſſ. To. 2.: ſed aliud eius exemplar eſt penes Rhunquenium: v. Albertius ad Heſych. p. 1103. To. 2.: Georgius Choeroboſcus, cuius liber nondum editus in bibliothecis Germaniae, et Italiae, et Britaniae, latet: v. Fabricius B. Gr. 5, 7. p. 42. To. 7. et Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 99. 103. To. 2., qui ibidem p. 107. 140. edidit particulas quaſdam iſtius opuſculi: etiam Arcadius: v. Fabric. B. Gr. d. l.: et Theodoſius, grammaticus Alexandrinus, cuius libri codex quaternis ſcriptus eſt in bibliotheca Athenaei Taurinenſis: vid. Catalog. codd. MSS. eius p. 246. To. 1.: aliique: quorum de hoc grammaticae loco ſcriptis recte adiungi Priſciani de accentibus liber, qui in exemplo operum eius Baſileenſi legitur p. 833. ſſ., et Emanuelis Moſchopuli opuſculum *περὶ προσῳδιῶν*, quod vna cum aliis libris grammaticis prodiit Venetiis ex Aldi, et Aſculani, officina A. C. 1525. octonis. Horum autem accentuum decem alii proprii ſunt, alii improprii. Et proprii quidem ſunt ſeptem hi, *ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη, μακρὰ, βραχεῖα, δασεῖα, ψιλή*. v. Sextus Empir. c. mathematt. 1, 5. 113. p. 140. Fabric.: ſed reliqui tres, hoc eſt, *ἡ ἀπόστροφος, ἡ ὑφ᾽ ἓν*, et *ὑποδιαστολὴ*, abuſiue ita dicuntur. v. Schol. in grammat. Dionyſii Thracis apud Villoiſonium d. l. p. 108. Has *προσῳδίας* grammatici diuiſerunt in quatuor genera, *τόνȣς, χρόνȣς, πνεύματα, πάθη*. v. Porphyrius apud Villoiſon. d. l. p. 109. Chryſoloras *Ἐρωτήμ.* p. 6. Pariſ. et Stephanus Paralipp. p. 66. ſ. Et *τόνȣς* quidem,

hoc

hoc eſt, ſigna ſonorum vocis, acuti, grauis, inflexi, Latini veteres dixere, cum *tonores*, et *tenores*: v. Quinctil. 1, 5. 22.: tum *notas vocum*, vel *moderamenta*, vel *accentiunculus*, vel *voculationes*: vid. Gellius NN. AA. 13, 6. et 25.: ſed, Quinctiliani, Gelliique, aetate, ea *accentus* appellare inſtituerunt. v. Quinctil. d. l. et Gellius 7, 2. 13, 25. 17, 3. Nam Graeci quoque grammatici vſi ſic ſunt vocabulo προσῳδίας. v. Scaliger de Cauſſis L. L. 2, 52. Atque de his accentibus ſeparatim ſcripſerant Apollonius Dyſcolus: v. Suidas v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς· qui hunc ſuum περὶ τόνων libellum ipſe laudauit in opere περὶ Συντάξ. 2, 17. p. 135. Sylb.: Arcadius, cuius opuſculi περὶ τόνων codicem habuit Salmaſius: v. in de modo vſurr. p. 256. et exercc. Solinn. p. 678. b: qui non diuerſus fuiſſe videtur ab eo, quem nuper in bibliotheca regia Pariſ. extitiſſe, infra dicemus: aliique. Et vt Ioh. Varenius Louanii A. C. 1551. de accentibus Graecorum ſingularem libellum edidit octonis: ita noſtra aetate de iiſdem diſſeruerunt Arnoldus, cuius diſſertatio inſerta extat Commentarr. acad. inſcrr. Pariſ. To. 32. p. 432. ſſ., et Ioh. Matthias Geſnerus, cuius libellus *de accentuum veterum genuina pronuntiatione*, qui ſeparatim editus erat, ſubiunctus eſt Praelectionibus eius in Iſagogen in erudit. vniuerſam, Lipſiae A. C. 1784. editis.

*Henninius*] Haec tota obſeruatio non eſt in editt. Lipſſ. primis, ſed Batauа exempla, in his id, quod Amſtelodami a. 91. ſuperioris ſaeculi exiit, eam habent. Adiecta igitur a Fabricio eſſe videtur. Nam Henninius libellum ſuum Traiecti ad Rhenum A. C. 1684. octonis edidit. Index eius eſt hic, *Henr. Chriſti. Henninii* Ἑλληνισμὸς ὀρθῳδός, *ſiue Graecam linguam non eſſe pronuntiandam ſecundum accentus, diſſertatio paradoxa. Acceſſit Iſaaci Voſſii de accentibus Graecis ſententia.* Hanc Voſſii de accentibus

Graecis ſententiam ex libro eius de viribus rhythmi, et poëmatum cantu, p. 17. ſſ. repetiit Ioh. Dan. Maior in epiſtola ad Ioh. Dicmanum de numis Graece inſcriptis, quam Kiloniae A. C. 1685. quaternis propterea emiſit, vt adiuuaret rationem ab Henninio propoſitam, doceretque, in pronuntiandis verbis Graecis accentus non eſſe ſequendos duces. Atque hanc ipſam ſententiam tueri conatus eſt, praeter Daueſium miſcell. critt. c. 3., Car. Aenoth. Haloander, commentatione *de genuina linguae Graecae modulatione ſine accentibus* bis Lipſiae edita, primum A. C. 1729., iterum annis quatuor poſt, octonis, et poſt eum Theoph. Vernſdorſius in praefat. ad Himmerii eclogas, et declamationes, p. 32. ſ. Sed cauſſam accentuum, poſt Ioh. Rud. Vetſtenium in diſſertatione de accentibus Graecis, eorumque vſu in pronuntiatione, p. 51. — 144., egere Henr. Gallius [v. Koenius ad Gregor. de diall. p. 9.] in libello lingua Angloſaxonica compoſito, qui inſcribitur *A diſſertation againſt pronouncing the Greek langage according to accents*, et Londini A. C. 1755. octonis exiit, atque Pe. Paſqualonius in praefat. ad fabulae Aeſchyli ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις verſionem Etruſcam, Venetiis A. C. 1794. octonis euulgatam. Conf. Forſteri liber, qui inſcribitur *Eſſay on the different Nature of Accent and Quantity*, et cuius editio ſecunda laudatur a Burgeſſio praefat. ad Daueſii miſcell. critt. p. 22.: qui idem in Appendice ad hunc Daueſii librum p. 366. etiam Tho. Eduardſium, Primatium, alioſque Britanos, laudat, qui hanc de accentibus quaeſtionem diligenter perſequuti ſint: quos tamen eorum libros nobis inſpicere non licuerat.

*accentuum — impugnarunt*] Mihi vero hac de re omni ita videtur. Graeci enim veteres verba, quod ad accentus attinet, in vita quidem communi, et cotidianis ſermonibus, dubio procul ſic, vt nos nunc, pro-

pronuntiauere, neque tamen in ſcriptis vſi eſſe figuris accentuum vllis videntur: vid. Ariſtot. de elenchis Sophiſtt. 1, 3. p. 403. To. 1. Aurel. 1. vel c. 4, 8. p. 401. To. 1. Duual.: ita, vt mihi ſe Bentleii opinio nunquam probauerit, qui rationem accentuum omnem hodie praepoſteram eſſe, atque peruerſam, in epiſtola ad Millium p. 95. ait. Certe in libris veterum ſaepe commemoratur *συλλαβὴ*, et *ὀξεῖα*, et *βαρεῖα*· v. Plato Cratyl. 17.: et quis ſibi perſuadeat, tot, tantorumque, grammaticorum cuiuſque propemodum aetatis doctrinam non ita tuitam eſſe rectam accentuum linguae tam nobilis, atque vtilis, pronuntiationem, cuius cura ſtudiis ipſorum vnice mandata eſſet: v. Sextus Empir. c. mathematt. 1, 3. 79. p. 233. Fabric.: vt ratio eius ſalua ad poſteritatem peruenerit? Vt autem pueri facilius, et celerius, verba recte pronuntiare diſcerent, vt viderent certius, planiuſque, quae ſyllaba verbi cuiuſque acuenda eſſet, ſiue eleuanda, quae deprimenda, aut deponenda, quae deprimenda, atque acuenda; quum grammatici non neſcirent, multa verba iisdem ſyllabis conſtantia diuerſitate accentuum diuerſam accipere vim, neque eandem ſyllabam verbi eiuſdem poteſtatis in omnibus Graecorum linguis eodem efferri accentu: v. Moeris v. *γέλοιον*, et v. *ἱμᾶζαν*· hos homines arbitror inſtituiſſe in libris verba figuris accentuum inſignire, et primum quidem Ariſtophanem Byzantium, de quo ſupra dictum eſt. Is enim, vt notas diſtinctionum orationis, ſpirituumque, reperiſſe, ita etiam accentuum ſigna excogitaſſe, traditur. vid. Arcadius, cuius opuſculi, *περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν*, codicem in bibliotheca nuper regia Pariſ. extitiſſe, Burgeſſius in appendice ad Daueſii miſcell. critt. p. 501, oſtenderat, apud Villoiſonium epiſt. Vinarr. p. 115. et Prolegomm. ad ſchol. Ven. Il. p. 12. In numis has accentuum notas, tituliſque, vetuſtis, qui literis vncialibus

libus conſignarentur, non vſurpatas eſſe, Maiori facile largimur. Nam in iis inſcriptionibus, quarum verba literis minuſculis exprimerentur, certum eſt accentuum figuras iam imperatoris Titi Veſpaſiani aetate adhibitas comparere. v. Villoiſonius Anecdd. Grr. p. 132. 143. To. 2. Sed inde tamen nullo modo conſequi, vt eas negemus multo ante in grammaticorum libris fuiſſe vſitatas, quis non videt? Et quum appareret, quantum prodeſſent notae accentuum pueris, aliiſque, in verbis recte pronuntiandis, et inter ſe diſcernendis: quis dubitet, quin vſus earum paulatim e grammaticorum libris tranſierit in libros alios, qui deſcriberentur in ciuitatibus maxime barbaris, quae lingua Graeca in vita communi non vterentur? Certe librarii inde a ſaeculo in primis a Chriſto nato ſeptimo inſtituiſſe reperiuntur verba Graeca accentuum figuris diſtinguere. v. Montefalcon. Palaeograph. 1, 4. p. 33. Itaque intellegi poſſe ab omnibus ſpero, primum accentus Graecorum, qua figuras, eſſe ſatis antiquos, qua vſum, antiquiſſimos: quomodo nobilem illam de antiquitate accentuum Hebraeorum controuerſiam facile dirimi poſſe, mihi ſemper perſuaſiſſimum habui: deinde notas accentuum, quibus non quantitas ſyllabarum, quam muſici, atque adeo poëtae, ſpectant, indicetur, ſed quae oſtendant, quae ſyllaba cuiuſque verbi ſonum, et qualem ſonum ſyllaba quaeque, habeat; id quod vel nomen accentuum τόνοι docet; non temere neglegendas eſſe, neque omittendas, in iis certe libris, qui edantur, vt legantur ab adoleſcentulis, omninoque iis, qui rationem accentuum nondum ſatis cognouerint, neque Graecas literas ita perceperint, vt ſponte videre poſſint, cui ſyllabae ſonus, et qualis ſonus, dari debeat. Donatus enim p. 179. b Lipſ., *Sane Graeca verba,* inquit, *Graecis accentibus melius efferimus.* Nam in Latinis libris figurae accentuum propterea non adduntur, quia lingua Latina etiam

etiam nunc in ore, et ſermonibus, doctorum hominum omnium verſatur, ita, vt hactenus numerari in linguis viuis poſſit. In linguis autem viuis vocem loquentium ipſam optimam eſſe rectae pronuntiationis verborum magiſtram, quis neſcit? Conf. Perizonius ad Sanctii Mineru. 1, 3. p. 22. ſ. Doruillius Van. crit. p. 332. ſ. Valquenar. diatrib. in reliquu. dramm. Eurip. p. 247. Caeterum locum de accentus Graeci inclinatione, poſt Alex. Scotum, Neophytum Peloponneſium, qui librum quartum grammaticae Gazae commentario lingua Graeca conſcripto Bucureſtii A. C. 1768. forma maxima edidit, et alios, accuratius, et plenius, perſequi conſtituerat Frider. Volg. Reitius. Deſcripſerat hanc quaeſtionem in partes tres, quarum prima pertineret ad accentus depoſitionem, ſecunda ad retractionem eius ex vltima ſyllaba in penultimam, aut antepenultimam, tertia denique ad eiuſdem reiectionem in dictionem praecedentem. Et quae ad primas quidem partes duas pertinerent, ea complexus eſt tribus libellis, Lipſiae A. C. 1775. et A. C. 1782. editis: quos in vnum collectos vulgauit Aug. Frider. Lycius V. C. Lipſiae A. C. 1791 octonis.

*accentus eſt — deprimitur*] Priſcian. in de Accentibus p. 833. Baſil. *Accentus namque eſt certa lex, et regula, ad eleuandam, et deprimendam, ſyllabam vniuſcuiuſque particulae orationis: qui fit ad ſimilitudinem elementorum, literarum, atque ſyllabarum: qui etiam tripartito diuiditur, acuto, graui, circumflexo.* Caeterum hunc de accentibus locum haud indiligenter perſequutus eſt, praeter eos, quos ante laudauimus, Vigerus in fine vtiliſſimi libri de idiomatis Graecae dictionis.

*accentus tres*] Cic. Orat. 17. *Mira eſt enim quaedam natura vocis: cuius quidem e tribus omnino ſonis,* inflexo, acuto, graui, *tanta ſit, et tam ſuauis, varietas perfecta in cantibus.* Porphyrius περὶ προσῳδ. apud Villoi-

Villoiſon. Anecdd. Grr. p. 109. To. 2. *Τόνοι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, ὀξὺς, βαρὺς, περισπώμενος.* — *Τόνος οὖν ἐστὶν ἐπίτασις, ἢ ἄνεσις, ἢ μεσότης, συλλαβῶν εὐφωνίαν ἔχουσα. Τὸ μὲν οὖν ἐπίτασις ἐτέθη καὶ ἐν τῷ ὁρισμῷ διὰ τὴν ὀξεῖαν· τὸ δὲ ἄνεσις διὰ τὴν βαρεῖαν· τὸ δὲ μεσότης διὰ τὴν περισπωμένην. Καὶ ἔστι πάλιν ἡ μὲν ὀξεῖα, ποιότης συλλαβῆς τεταμένον ἔχουσα φθόγγον· βαρεῖα δὲ, ποιότης συλλαβῶν, ὑφειμένον ἔχουσα φθόγγον· περισπωμένη δέ ἐστι ποιότης συλλαβῆς συνημμένον, ἢ κεκλασμένον, ἔχουσα φθόγγον. Εἶπε δὲ* [Dionyſius Thrax] *συνημμένον, τὸν μετέχοντα, καὶ ὀξείας, καὶ βαρείας· κεκλασμένον δὲ, τὸν ἀπὸ τοῦ ὀξέως ἐπὶ τὸ βαρὺ ῥέποντα.* Vid. Scaliger in de Cauſſis L. L. 2, 52. 53. 58. — 60.

*acutus — attollit*] Priſcian. d. l. *Accentus namque acutus ideo inuentus eſt, quod acuat, ſiue eleuet, ſyllabam.*

Ad p. 50. *circumflexus — eſt proferendus*] Priſcian. d. l. *circumflexus eo* [inuentus eſt], *quod deprimat, atque acuat.* Sed verba, *Nota circumflexi — Poſſel. Syntax. p. 282.*, in editt. Lipſſ. libelli primis, et Batauis, deſunt. Eſt autem iſta obſeruatio in Poſſelii de accentibus doctrina regula ſeptima p. 335. Lipſ. a. 1725.

*grauis — docet*] Priſcian. d. l. *Grauis ideo* [inventus eſt], *quod deprimat, aut deponat.*

*hinc dicitur* ſyllabicus] Vid. Porphyrius *περὶ προσῳδ.* apud Villoiſon. d. l. p. 111. *Ἡ γὰρ βαρεῖα συλλαβικὸς τόνος ἐστὶ, τουτέστιν, εἰς τὴν συλλαβὴν τὴν μὴ ἔχουσαν τὸν κύριον τόνον ἐπιτίθεται. Ἐξηγούμενος — διὰ τί ἐλέγετο παρὰ τοῖς ἀρχαίοις συλλαβικὸς τόνος ἡ βαρεῖα, φησὶν* [Dionyſius Thrax], *ὅτι ἐπὶ πάσης συλλαβῆς, τῆς μὴ ἐχούσης τὴν ὀξεῖαν, ἐτίθετο.*

*Acutus attollit — nunc acutas*] Haec verba in editt. Lipſſ. primis non leguntur. Et continetur ſane

iis nihil, niſi quod iam dictum erat de vi accentus cuiuſque.

*obſeruetur, accentum* — p. 9.] Neque hanc obſeruationem habent exempla Lipſienſia prima.

*nulla lingua — praeter Etruſcam*] Cic. Orat. 18. *Ipſa enim natura, quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec vna plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam.* Quinctil. 1, 5. 30. ſ. *Namque in omni voce, acuta intra numerum trium ſyllabarum continetur, ſiue hae ſint in verbo ſolae, ſiue vltimae: et in his, aut proxima extremae, aut ab ea tertia. Trium porro, de quibus loquor, media longa, aut acuta, aut flexa, erit: eodem loco breuis, vtique grauem habebit ſonum, ideoque poſitam ante ſe, id eſt, ab vltima tertiam, acuet. Eſt autem in omni voce vtique acuta, ſed nunquam plus vna, nec vltima vnquam, ideoque in diſyllabis prior. Praeterea nunquam in eadem, flexa, et acuta, quoniam eadem flexa, et acuta.*

*ſit longa, neceſſe eſt*] Exempla libelli Bataua habent, *eſt tantum longa,* et αὖλαξ *ſulcus* pro σκῶμμα *cauillum.* Sed in editt. Lipſſ. primis verba, *vel natura — ſed* ἦρχον, omnino deſunt, et pro *ea natura ſit longa, neceſſe eſt,* legitur ſimpliciter, *ea natura eſt longa.* Nam ſyllaba natura longa conſtat e vocalibus breuibus duabus in vnam longam contractis, quarum vna acuta eſt, altera grauis: vt ῶ extitit ex όο, εῦ ex έυ, σῶς e σόος, vel σάος, σκῶμμα e σκόομμα, vel σκάομμα, σῶμα e σόομα, vel σάομα, ἦρχον ex ἔαρχον. Sic vero apertum eſt, dictiones, quae vltimam circumflectunt, rectius in grauibus, quam in acutis, numerari.

*tantum vltimam, et penultimam*] Nam ſi antepenultima inſigniretur nota inflexi; acueretur, repugnante ipſa natura, ſyllaba a poſtrema quarta. id quod ex iis, quae ante dicta ſunt, ſponte intellegi a quoque poteſt.

vbi

*vbi tamen — αὖλαξ ſulcus*] Exempla Lipſſ. prima legunt, *vbi tamen hic vltima natura debet eſſe breuis, vt* σῶμα, κλῆσις, αὖλαξ. Porphyrius περὶ προσῳδ. apud Villoiſon. Anecdd. Grr. p. 110. To. 2. Ἡ περισπωμένη τόπους ἔχει δύο, περισπώμενον, καὶ προπερισπώμενον. Δύο τόπους φησὶν [Dionyſius Thrax] εἶναι τῆς περισπωμένης. Ζητητέον δὲ, διὰ τί μὴ καὶ αὐτῆς τρεῖς εἰσι τόποι, ὥσπερ καὶ τῆς ὀξείας. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι τούτου χάριν οὐ δύναται ἡ περισπωμένη πρὸ δύο συλλαβῶν τεθῆναι, ἐπειδὴ ἀπὸ κράσεώς ἐστιν ὀξείας, καὶ βαρείας. Ἡ γοῦν ὀξεῖα, καὶ βαρεῖα, συνελθοῦσα ἀπετέλεσε τὴν περισπωμένην. Ἐπεὶ οὖν οὐχ εὑρίσκεται ἡ ὀξεῖα πρὸ τριῶν, τούτου χάριν οὐδὲ αὐτὴ πρὸ δύο· οἷον Γεώργιος, εἰ καθ' ὑπόθεσιν ἐτίθετο εἰς τὸ ωρ περισπωμένη, ἔμφασις ἂν ἦν, ὅτι καὶ πρὸ τριῶν συλλαβῶν τίθεται ἡ ὀξεῖα. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πᾶσα λέξις ἔχουσα τὴν περισπωμένην, ἀπὸ κράσεώς ἐστιν, ἀλλ' οὖν αὐτὴ ἡ περισπωμένη δύναμιν ἔχει ὀξείας, καὶ βαρείας· ὥστε εἰ ἐτίθετο πρὸ δύο, δυνάμει πάλιν εὑρίσκετο ἡ ὀξεῖα πρὸ τριῶν.

*in fine ſcriptus non eſt grauis*] Scilicet grauis pro acuto ponitur in vltimis verborum ſyllabis tum, quum pronuntiatio continuari debet, ita tamen, vt ſyllabae graui notatae paulo pleniore, et validiore, tono efferendae ſint, quam ſyllabae non grauatae: vt ὣς, et ὡς.

*in fine periodi — acutus proprius*] Immo in vltima cuiuſque vocabuli ſyllaba, quod ſolum poſitum eſt, neque cum aliis coniunctum, ita, vt pronuntiari voce acuta debeat, atque ibi, vbi pronuntiatio, vel omnino, vel pauliſper, quieſcit. Atque hanc in acuto ponendo rationem nuper in deſcribendis Homeri carminibus tenere Lycio V. C. placuit.

Ad p. 51. *Acutus ſubſiſtere — ſyllaba*] Vid. Quinctil. 1, 5. 30.: quem eius locum ſupra laudauimus. Porphyrius περὶ προσῳδ. apud Villoiſonium d. l. p. 109. Τὴν ὀξεῖαν οὖν φησὶ [Dionyſius Thrax] τίθε-

τίθεσθαι ἐπὶ τριῶν συλλαβῶν, ἐπὶ τῆς τελευταίας, ἐπὶ τῆς παρατελεύτȣ, καὶ ἐπὶ τῆς πρὸ δύο συλλαβῶν· καὶ ὅταν μὲν τίθεται ἐπὶ τέλȣς, τότε λέγομεν ὀξύνεσθαι τὴν λέξιν· ὅταν δὲ ἐπὶ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τȣ͂ τέλȣς, παροξύτονον ἅμα λέγομεν τὴν λέξιν, καὶ βαρύτονον. Ὥσπερ γὰρ ὀξύτονον λέγομεν τὸ ἐπὶ τέλȣς ἔχον τὴν ὀξεῖαν, ὅτω καὶ βαρύτονον τὸ ἐπὶ τέλȣς ἔχον τὴν βαρεῖαν. — Εἰ δὲ πρὸ δύο συλλαβῶν τȣ͂ τέλȣς τεθῇ ἡ ὀξεῖα, τότε ἡ λέξις λέγεται, καὶ προπαροξύτονος, καὶ βαρύτονος παρατέλευτος κ. τ. λ. Verba προπαροξύνεσθαι, et παροξύνεσθαι, leguntur ſic ap. Athen. 4, 13. p. 154. F: qui idem 9, 18. p. 409. B C vſus eſt verbis παροξυτόνως ἀναγιγνώσκεσθαι, et προπαροξυτόνως προφέρεσθαι, et βαρύνεσθαι, atque penultimam ſyllabam vocat τὴν παραλήγȣσαν, vt Etymol. M. τὴν πρὸ τέλȣς συλλαβὴν [p. 804. 17.], et antepenultimam τὴν προπαραλήγȣσαν [p. 424. 33], et τρίτην ἀπὸ τέλȣς [p. 804. 21.]. Caeterum *penultima* ſyllaba, et *antepenultima*, a Quinctiliano 1, 5. 30. eleganter vocatur, haec *ab extrema tertia*, illa *proxima extremae.*

*accentu plane carent*] Nimirum nunc quidem, quum ſcribuntur, non item quum pronuntiantur. Nam omnis ſyllaba, acuto, et flexo, carens in pronuntiando grauatur. Recte vero dubitari poſſe videtur, annon voces iſtae apud vetuſtos Graecos fuerint, ſolae quidem poſitae, acutae, ſed coniunctae cum aliis, grauatae. Certe vox ȣ̓, vel ſola, vel in ſerie orationis, ibi, vbi pronuntiatio, vel prorſus, vel pauliſper, quieſcit, etiam hodie acuto notatur, et quum eſt, et ἀποφατική, et ἀρνητική, h. e. quum reſpondet vocibus vernaculis *nicht*, et *nein.* Conf. Reitius in de accentus inclinat. p. 43. ff.

*ȣ dicitur ſequente conſona*] Etiam vocali aſpirata: vt Arat. Phaenomm. 559. Οὐ οἱ ἀφαυρότατοι· Apollon. Rhod. 2, 290. ὡς ȣ̓ οἱ ἔτι χρίμψȣσιν ἴȣσαι·

Dionyſ. Perieg. 1028. Οὔ οἱ ἔην· Hom. Il. ά, 114. ȣ̓ ἕθεν· quem locum laudat Etymol. M. v. ἀπὸ p. 124. 11., ſed legit ȣ̓ ἕθεν. nam vocalis ſpiritu flatili inſignita vim conſonantis, ſiue digamma Aeolici, habere videtur, vt Il. έ, 7. τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν. vid. Clarquius ad Il. ά, 51. n. 10. et Doruillius Van. crit. p. 393. ſ. Sed Pauus etiam ante vocalem ſpiritu exili notatam recte poni ȣ̓ poſſe, exiſtimarit, neceſſe eſt, quum apud Horapollinem p. 275. ſcribendum eſſe cenſuerit Τȣ̃το δὲ μόνον ȣ̓ ἀθάνατον. v. Doruillius Van. crit. p. 393. et Obſeruatt. miſcc. Vol. 7. p. 26. Nam in fine quidem periodi, plenaeque ſententiae, ante vocalem huius generis ſcriptum eſſe ȣ̓, certiſſimum eſt. vid. Eurip. Herc. fur. 1225. Ariſtoph. Auu. 1220. Aelian. V. H. 2, 31. Ioh. 7, 12.: quos locos cum aliis attulit Doruillius ad Charit. p. 639.

ȣ̓κ — ȣ̓χ *aſpirata*] Eulogius ſcholaſticus apud Etymol. M. v. ȣ̓χ ἅπτομαι p. 638. 33. Τὸ ȣ̓ ἐπίῤῥημά ἐϛιν ἀρνήσεως· τὸ δὲ κ̄ πλεονάζει διὰ τὴν χασμωδίαν· καὶ ὅτι ψιλὸν ψιλȣ̃ ἡγεῖται, καὶ δασὺ δασέος· καὶ ὅτι ἡ ȣ̓ ἄρνησις συντιθεμένη ἑτέρᾳ λέξει τῇ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένῃ, ψιλȣμένης μὲν αὐτῆς, πλεονάζει τὸ κ̄, ὡς τὸ Οὐκ ὀνοϛά· [Il. ί, 164.] — δασυνομένης δὲ πλεονάζει τὸ χ̄, ὡς τὸ Οὐχ ȣ̃τως. Neque tamen raro ſcriptum ȣ̓κ reperitur, linguae Ionum more, ante vocalem adſpiratam: vt, ἐπ᾽ ἁμαξῶν apud Pauſan. 8, 43. p. 689. et ȣ̓κ Ἡροφίλην 10, 12. p. 826.: vbi v. Sylburgius, et Portus Lex. Ion. in litera κ̄.

ȣ̓κ *dicitur — ſequente vocali*] Schol. Ariſtoph. ad Plut. 195. Οἱ γράφοντες ἑξκαίδεκα, καὶ φάσκοντες, ȣ̃τω κάλλιον γράφειν, ἐπεὶ ȣ̓κ ἔϛιν ἐξ πρόθεσις, ἵνα συμφώνȣ ἐπαγομένȣ ἐκ γένηται, ȣ̓ καλῶς, οἶμαι, λέγȣσι· — ȣ̓ γὰρ μόνον ἐν τῇ προθέσει τὸ ξ̄ τρέπεται, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις. Etymol. M. v. ἐκ Ῥώμης p. 324. 14. Ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον

ἐπι-

ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. Δεῖ δὲ προσθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ μετὰ παρέλκοντος· οἷον ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ διεξσωλῆνος· καὶ πάλιν, διεξτομύρτον, ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ μύρτον· σημαίνει δὲ τὴν μυρσίνην. Ἔτι δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει στίχου· οἷον ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ [Idyl. 22, 30. ſ.], Ἔνθα μιᾶς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰησονίης ἀπὸ νηός· καὶ χωρὶς τοῦ πάρεξ. Ταῦτα πάντα ἐσημειωσάμεθα, ἐπειδὴ ἐπὶ τούτων τῶν χρήσεων ἐφύλαξε τὸ ξ τῆς προθέσεως, συμφώνου ἐπιφερομένου. At etiam ἐξ Σμύρνης legitur in marm. Oxon. II. 81.

ἐκ, ἐξ — *acuuntur*] In editt. Lipſſ. primis, et Batauis, legitur tantum, Οὐ *ſententiam claudens acuitur*, adiectis locis euangelii Iohannis, et Matthaei, atque Exodi. Et recte quidem. Nam qui praepoſitionem ἐκ, ἐξ, addidit, is debebat pro *ſententiam* ſcribere *ſententiam, aut verſum*, ex Poſſelii doctrina de Accentibus p. 342.: ex qua haec ipſa obſeruatio huc tranſlata eſt. Nam vt ibi praeceptum iſtud his comprehenſum verbis legitur, *In fine tamen ſententiae ſemper dicitur οὔ, cum accentu acuto, etiam ante vocales. — Similiter et praepoſitio ἐξ, cum, aut in fine verſus apud poëtas, aut in fine periodi apud oratores, collocatur:* ita in locis Theocriteis ibidem laudatis libri hodie editi praepoſitionem ἐξ ſolo ſpiritu exili notatam exhibent.

ὡς *quando* — *acuitur*] Haec teneri a tironibus poterunt ſic. Ὡς enim habet accentum, quum ſignificat *ſic, ita:* vt, Ὡς τοῦτον τὸν καιρὸν —, Ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος — Theocr. Idyl. 2, 28. ſ.: Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος —, Ὣς κεῖνος δινοῖτο — Id. ib. v. 30. ſ.: ὣς ἔφατ' Hom. Il. α', 33. 43.: ὣς εἰπὼν ib. 68.: v. Boſius obſeruatt. miſcc. c. 15. p. 72. ſ., et Vigerus de idiomm. Gr. L. 8. 10. 21.: et quum nominibus poſtponitur: vt, Βρύον ὣς ὑπερθε λευκόν, et, Κρίνον ὣς ἴοις ἑλιχθέν, Anacr. odar. 51,

 13.

13. 21.: ὀξέα κλάζων αἰετὸς ἐς γᾶν Ὡς ὑπερέπτα, Sophocl. Antigon. 113. ſ.: vbi ſchol. τὸ ἑξῆς, ὡς αἰετός. Conf. Gregor. p. 210. Atque haec ipſa praecepta eſſe video etiam a Barneſio ad Hom. Il. λ', 58. Sed auctor Etymol. M. v. ὡς p. 824. 48., Περισπᾶται δὲ, inquit, καὶ ὅτε σημαίνει τὸ ἔτος, Χρὴ μὲν σφωΐτερον, καὶ ἑξῆς, ὣς γὰρ ἄμεινον. Eſt locus Homeri Il. α', 216. ſ. Nunc vero in libris editis ibi legitur ὡς, non ὣς.

*ipſae encliticae accentum amittunt*] Hanc pronuntiationis dictionum encliticarum, quae a Latinis grammaticis *inclinatiuae* vocantur, rationem veteres grammatici ὁμαλισμὸν appellant. vide ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 414.: ad quem locum Neocorus naturam ὁμαλισμοῦ verbis explicauit his, Ὁμαλισμὸς *a grammaticis dicitur, quum vox aliqua non cum tono, vel accentu, ſed abſque eo, velut appendix alterius, pronuntiatur, quod* encliticis *fit dictis contingit.* Quocirca etiam harum dictionum quaeque cum ſuperiori vocabulo in vetuſtis libris, cum ſcriptis, vt in codice eclogarum Thomae Magiſtri Burmaniano, tum editis, vt in exemplo carminum Homeri Florentino, ita fere copulata extat, vt vnum cum eo verbum eſſe videatur: et dictio enclitica quum pronuntiatur, et legitur, cum altero verbo, vt vna vox, pronuntiari, et legi, dicitur a grammaticis Graecis, vel καθ' ὁμαλισμόν· vid. ſchol. Ariſtoph. ad Plut. d. l.: vel ἐγκλιτικῶς· vid. Etymol. M. v. ἀπὸ p. 124. 9. Encliticae, vel ἐγκλιτικὰ μόρια, vocantur hae voces, quia tonum, modo habent, modo amittunt, et in praecedentis dictionis ſyllabam extremam remittunt, atque adeo varie ſe quaſi inclinant. Scripſerant de iis Orus, et Trypho, quorum libellos περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων, et περὶ ῥημάτων ἐγκλιτικῶν, laudat Suidas v. Ὧρος, et Τρύφων· Iohannes Charax, cuius opuſculi περὶ τῶν ἐγκλινομένων codex membranaceus, ſaeculo 14. quaternis ſcriptus, eſt in biblioth.

Pari-

Pariſienſi nuper regia: v. Catalogus MSS. eius To. 2. p. 521.: ſed editum eſt, poſt Aldum in Hortis Adonidis, ab Andrea Aſulano poſt calcem dictionarii Graecolatini, forma maxima, Venetiis A. C. 1524., vna cum opuſculis Herodiani, Choerobofci, Aelii, anonymique grammatici, de eodem dictionum genere, quae Aldus iam A. C. 1496. in Hortis Adonidis, vel Cornu Amaltheae, vulgauerat. Canones Characis de encliticis laudantur ab Euſtathio ad Odyſ. θ' p. 1600.

17. Encliticae dictiones plures ſe deinceps excipientes dicuntur a multis grammaticis συνεγκλιτικαὶ, etiam συνεγκλιτικὰ μόρια. Nam doctrina de accentus hoc in genere inclinatione, quae erat tertia pars diſputationis Reitii de accentus inclinatione, ſed quam ille, fatorum iniquitate prohibitus, attingere non potuit, multis, magniſque, difficultatibus ita implicita eſt, vt explicari nunc omnes ſatis non poſſe videantur. Nos quidem, pro inſtituti noſtri ratione, quae a Vellero poſt Clenardum, Caninium, Poſſelium, alioſque, de hoc vocabulorum genere tradita ſunt, ea, vel exemplis idoneis, vel grammaticorum veterum praeceptis, confirmare conabimur. Caeterum tabulae, et ad encliticas dictiones pertinentes, et reliquae, ab ipſo Vellero non ſunt confectae, immo Chriſtianum Daumium, aliumue, neſciebam quem, habent auctorem. Certe in titulo exempli huius grammaticae, quod Gedani A. C. 1661. octonis exiit, addita leguntur haec verba, *additis quibuſdam tabulis, atque obſeruationibus, Chriſtiani Daumii.*

Ad p. 54. τȣ — τῳ] Qui quidem pronominis caſus ſaepe mutati in caſus articuli τȣ͂, et τῷ, in libris, et ſcriptis, et editis, inueniuntur. v. Doruillius ad Charit. p. 35. Amſtel. Grammatici autem veteres tradunt, τȣ, et τῳ, non eſſe caſus articuli, immo caſus pronominis indefiniti τίος, qui nominatiuus extiterit e genitiuo τινὸς, ita, vt pro τίȣ, et τίῳ, per craſin

 dictum

dictum ſit τȣ͂, Ionice τέο, atque τεῦ, et τῷ. v. Etymol. M. v. τέο p. 752. 12. et v. τῷ p. 775. 32.

